# PROF. JOHANN ANDREAS D. Ä. SCHMIDT

| | |
|---|---|
| Fakultät | Theologische Fakultät |
| Geboren | 1652 in Worms |
| Gestorben | 1726 in Helmstedt |
| Kurzvita | Phil. Prof für Logik und Metaphysik in Jena (1683–1694); Theol. Prof. in Jena (1694–1695); Theol.o. Prof. d. Kirchengeschichte in Helmstedt (1695–1726); |
| Ehefrauen | Dorothea Schmidt geborene Cöler (–01.01.1689), Heirat 1686; Sybille Schmidt geborene Götze, Heirat 1691 |
| Porträt | HAB: A , 93, 9\|A , 93, 7\|A , 932\|\|A , 93, 8 |
| Quelle | Ahrens 2004, S. 210 |
| GND | https://d-nb.info/gnd/104138017 |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-199-schmidt |

**Lehrstühle**

1683–1694 Lehrstuhl für Logik / Metaphysik, Jena

1694–1695 Lehrstuhl für [o. A.], Jena

1695–1726 Lehrstuhl für Kirchengeschichte, Helmstedt

**Vorlesungen (92)**

Jo. Andr. Schmidt D. simul atque clementissimo Potentissimorum Academiae Juliae Nutritorum jussu in ordinem Professorum receptus fuerit, publicas in B. Bosii Schedfasma de comparanda scriptorum ecclesiasticorum notitia lectiones auspicabitur. [...], Wintersemester 1695/1696

[...] Privatim Spanhemii summam historiae ecclesiasticae vel alterius in hoc studiorum genere probati Autoris librum notis illustrabit, [...], Wintersemester 1695/1696

[...] inq. aliis etiam Theologiae partibus Auditorum suorum desideriis lubens satisfaciet., Wintersemester 1695/1696

Jo. Andr. Schmidt D. praeparatis auditorum animis notitia autorum ecclesiasticorum, B. D. Gebhardi Theodori Mejeri, Anticessoris sui, historiam religionum ab orbe condito ad nostra usque tempora perductam & nunc praelo subjiciendam illustrabit publice, viam simul privatim monstraturus illis, qui majorem curam atque plus temporis historiae ecclesiasticae tribuere in animo habent., Sommersemester 1696

Praelectiones, examina & disputationes theologicas continuabit, & Theologiam moralem modumque formandi homilias proponet., Sommersemester 1696

Jo[hann] Andr[eas] Schmidt D. Publice in lectionibus ordinariis adductum B. D. G. Th. Meieri historiam V. T. absolvit, aggressurus statim eodem duce res Novi Testamenti; extra ordinem vero, post. B. D. Wideburgii obitum, theologicam fidei docere perget [...]., Wintersemester 1696/1697

[...] publicarum disputationum exercitium ab eodem inchoatum sedulo continuabit., Wintersemester 1696/1697

Privatim in polemicis occupatus, nec non in continuatione summae Spannhemiae, proximis diebus ad finem perducet collegium Theologiae dogmaticum & examinatorium, utrumque tamen in gratiam auditorum iterum inchoandum., Wintersemester 1696/1697

Jo. Andr. Schmidt D. historia N.t. ad seculum XIV. usque in lectionibus publicis, iisque ordinariis, jam deducta, futuro semestri reformationis historiam ductu B.D. Mejeri propositurus, extra ordinem susceptum laborem in Theologia dogmatica brevi absolvet. [...], Sommersemester 1697

[...] Disputationibus publicis secundum feriem capitum Epitomes Calixtinae proxime finiendis, alias in compendium B.D. Bajeri jungere non ita pridem coepit. [...], Sommersemester 1697

[...] Domi adhuc occupatur in Theologia dogmatica B.D. Hildebrandi, morali autem B. Bajeri, nec non historia ecclesiastica Spanhemii illustranda. Reliquum temporis tribuet vel collegio homiletico practico & postillis patristicis, vel casibus peculiari ratione tractandi, vel lectioni biblicae, vel aliis, quae in usum studiosae juventutis esse noverit., Sommersemester 1697

Jo[hannes] Andreas Schmidt D. lectiones extraordinarias hac aestate absolvit, & nunc in eo est, ut historiae religionum finem imponat, festorum mobilium & immobilium toto anno recurrentium historiam per hyemem publice propositurus., Wintersemester 1697/1698

Privatim hermeneuticam sacram docebit, atque exercitium conciones formandi practicum, ratinem catechisandi & alia futuro ecclesiae ministro profutura B. C. D. instituet., Wintersemester 1697/1698

Jo. Andr. Schmidt D. publice historiam tentatae conciliationis inter nostros & Reformatos, [...] continuabit. [...], Wintersemester 1698/1699

[...] privatim vero illustrationem Spanheimiani controversiarum elenchi Historico-Theologici cum cura continuabit. [...], Wintersemester 1698/1699

[...] His privatos intra parietes addet praelectiones in theologiam positivam, homileticam, historiam ecclesiasticam & epistolam ad Romanos., Wintersemester 1698/1699

Jo. Andr. Schmidt D. historiam ecclesiasticam seculi XVI & XVII sacra nostra propius attingentem publice tradet cum cura; [...] Docet hora X., Sommersemester 1701

[...] privatim, praeter praelectiones in theologiam moralem, dogmata examinibus & disputationibus subjiciet [...], Sommersemester 1701

[...] publicas disputationes de controversiis, aliisque selectis materiis, sedulo B.C.D. contiuaturus., Sommersemester 1701

Jo. Andr. Schmidt D. recensionem rerum seculi XVI & XVII. quam hac aestate publice coepit, per hyemem B.C. D. ad finem deducet, [...], Wintersemester 1701/1702

[...] reliquum temporis lectionibus de quadragesima daturus. [...], Wintersemester 1701/1702

[...] Privatim autem compendium historiae ecclesiasticae discursibus illustrabit, [...], Wintersemester 1701/1702

[...] &, praeter collegii homiletici practici continuationem studio polemico aliquam impendet operam, si per alia negotia licuerit., Wintersemester 1701/1702

Jo. Andr. Schmidt D. Absoluta nuper XVI. & XVII. seculorum historia, officia sacra ecclesia latinae per quaragesimam usitata, quem tanquam materiam de tempore hucusque tractavit, propediem ad finem perducet, & dein praecipuorum conciliorum recensionem instituet. [...] Docet publice hora IX., Sommersemester 1702

[...] Privatim D.V. praeter collegii homiletici in dogmaticis, historicis, studio biblico & theologiae moralis applicatione., Sommersemester 1702

Jo. Andr. Schmidt D. In historia ecclesiastica sex priorum seculorum recensionem publice absolvit & per hyemem, studio auditorum excitatus, octo seqventia illustrabit. [...], Wintersemester 1704/1705

[...] Privatim praeter exercitia practica, homileticum nim. casuale & catecheticum, theologiam moralem continuabit. [...], Wintersemester 1704/1705

[...] Praeterae etiam disputationibus publicis ad dcutum Henichii absolutis, alias ex morum theologia B.C.D. addet., Wintersemester 1704/1705

Io. Andr. Schmidt D. superiori semestri absolvit duo postrema historiae ecclesiasticae N. T. secula, & hac aestate compendium historiae ecclesiasticae V. T. eadem methodo elaboratum B. C. D. illustrabit., Sommersemester 1707

Privatim tradit controversias cum pontificiis, quibus ad finem perductis, perget ad illas, quae nobis cum reformatis intercedunt., Sommersemester 1707

Praeter collegium dogmaticum [...] instituet., Sommersemester 1707

[...] publicas etiam disputationes instituet., Sommersemester 1707

Io. Andr. Schmidt D. publice historiae ecclesiasticae illustrationem, quam hac aestate ad seculum septimum perduxit, eadem cura B. C. D. continuabit. [...] Docet publice hora XI., Wintersemester 1710/1711

Privatim ad ductum theologia dogmaticae examina & exercitia disputatoria instituet., Wintersemester 1710/1711

Singulis quoque hebdomadibus controversias, quae nobis cum pontificiis & socianis intercedunt, juxta seriem breviarii, quod hucusque privatim explicavit, distinctis disputationibus publicis ventilabit., Wintersemester 1710/1711

Io. Andr. Schmidt D. ad finem perductis prioribus XV. seculis historiae ecclesiasticae N. T. duo postrema, in quibus historia reformationis & alia, aevo nostro proximiora, exhibentur, omni studio publice B. C. D. tradet., Sommersemester 1711

Privatim praeleget theologiam dogmaticam, nec unquam studiosorum desideriis deerit., Sommersemester 1711

Disputationes publicas in theologiam polemicam nuper coeptas Deo favente continuabit., Sommersemester 1711

Io[hannes] Andr[eas] Schmidt D. praelectiones publicas in lexicon ecclesiasticum minus, non ita pridem editum, per hyemem B. C. D. continuabit. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1712/1713

Privatim vel theologicam dogmaticam in examinibus & disputationibus repetet, vel ad controversias reliquas progredietur [...]., Wintersemester 1712/1713

[...] non neglectis publicarum disputationum exercitiis, aliisque adhuc edendis., Wintersemester 1712/1713

Io. Andr. Schmidt D. publice lexici ecclesiastici illustrationem, quam hucusque suscepit, per aestatem Deo dante absolvet. [...] Docet hora IX., Sommersemester 1713

Privatim praeter theologiae dogmaticae & moralis explicationem, controversias continuabit., Sommersemester 1713

Disputationum circulo addet interdum argumenta alia publice ventilanda., Sommersemester 1713

Io. Andr. Schmidt D. illustratione lexici ecclesiastici ad finem perducta, compendium historiae ecclesiasticae novi testamenti B. C. D. publice praeleget. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1713/1714

Privatim theologiam dogmaticam per examina & disputationes repetet, controversiasque continuabit., Wintersemester 1713/1714

Io. Andr. Schmidt D. post illustrationem historiae ecclesiasticae V. T. eadem methodo posthac B. C.

D. ad historiam ecclesiasticam N. T. progredietur. [...] Docet hora XI., Sommersemester 1714

Privatim praeter theologiae dogmaticae explicationem, controversias cum Socinianis tradet [...]., Sommersemester 1714

[...] publicasque disputationes lubens continuabit., Sommersemester 1714

Io[hannes] Andr[eas] Schmidt D. in illustratione historiae ecclesiasticae reliqua secula & praecipue illud, in quod reformationis negotium incidit, per aestatem B. C. D. publice proponet. [...] Docet hora XI., Wintersemester 1714/1715

Privatim theologiam dogmaticam, polemicam [in speciem & a la mode] vel alia tradet ex desiderio auditorum., Wintersemester 1714/1715

[...] nunquam Dei gratia intermissurus disputationum publicarum exercitia., Wintersemester 1714/1715

Io. Andr. Schmidt D. in illustratione historiae ecclesiasticae reliqua secula & praecipue illud, in quod reformationis negotium incidit, per aestatem B. C. D. publice proponet. [...] Docet hora XI., Sommersemester 1715

Privatim theologiam dogmaticam, polemicam vel alia tradet ex desiderio auditorum, nunquam Dei gratia intermissurus disputationum publicarum exercitia. Docet hora XI., Sommersemester 1715

Io. Andr. Schmidt D. absolutis in historia ecclesiastica ultimis duobus seculis, per hiemem pro studiosorum desideriis, vel veteris testamenti vel novi historiam B. C. D. publice iuxta statuta repetet. [...] Docet hora XI., Wintersemester 1715/1716

[...] Privatim theologiam dogmaticam per examina & disputationes commilitonibus familiarem reddere studebit, non neglectis varii generis argumentis, favent numine publice ventilandis., Wintersemester 1715/1716

Io[hannes] Andreas Schmidt D. quam primum absolverit historiam ecclesiasticam V. T. statim ad illustrationem historiae N. T. Deo duce publice perget. [...] Docet hora XI., Sommersemester 1716

Privatim theologiam dogmaticam explicabit, & ad publicum disputandi exercitium in polemicis aliisque progredietur. [...] Docet hora XI., Sommersemester 1716

Io[hannes] Andr[eas] Schmidt D. laborem hac aestate in historia ecclesiastica N. T. illustranda susceptum, Deo iuvante, per hiemem omni cura publice continuabit.[...] Docet hora XI., Wintersemester 1716/1717

Privatim theologiae dogmaticae, per examina & disputandi exercitia, repetitionem instituet: nec illis deerit, quibus pulchrum & utile videbitur, selecta historiae ecclesiasticae capita publicis ventilare dissertationibus., Wintersemester 1716/1717

Io. Andr. Schmidt D. in illustratione historiae ecclesiasticae N. T. publice occupatus, Deo dante per aestatem momenta reformationis evangelicae ex seculo XVI. & XVII. omni cura proponet. [...] Docet hora XI., Sommersemester 1717

Privatim evolutionem controversiarum, quae nobis cum Socinianum intercedunt, auditoribus tradet, & variorum argumentorum dissertationes publico examini exponet., Sommersemester 1717

Io. Andr. Schmidt, D. absoluta reformationibus evangeliae historia, publice ad illustrationem seculi XVII. B. C. D. progredietur. [...] Docet hora XI., Wintersemester 1717/1718

Privatim, quantum fieri poterit, desideriis theologiae studiosorum satisfaciet., Wintersemester 1717/1718

Io. Andr. Schmidt D. ad finem perducta N. T. historia ecclesiastica, illustrationem compendii historiae ecclesiasticae veteris testamenti, ex tenore statutorum theologicorum, non ita pridem publice B. C. D. suscepit. [...] Docet hora XI., Sommersemester 1718

Privatim tradet fidei dogmata, controversias repetet & varii generis dissertationes, Deo dante, publice ventilabit., Sommersemester 1718

Io. Andr. Schmidt, D. quamprimum historiam ecclesiasticam V. T. ad finem perduxerit, illustrationem compendii historiae ecclesiasticae N. T. fine mora B. C. D. publice aggredietur. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1718/1719

Priuatim tradet theologiam vel exegeticam vel polemicam [...]., Wintersemester 1718/1719

[...] & publicas varii argumenti dissertationes instituet., Wintersemester 1718/1719

Io. Andr. Schmidt, D. prioribus historiae ecclesiasticae N. T. seculis ad finem perductis, ad sequentia B. C. D. publice progredietur eadem cura. [...] Docet hora XI., Sommersemester 1719

Privatim in gratiam incipientum dogmaticam, in usus vero provectiorum exegeticam theologiam proponet, ac selecta historiae ecclesiasticae capita disquisitionibus subjicet publicis., Sommersemester 1719

Io. Andr. Schmidt, D. Quamprimum cum pristina valetudine in gratiam redierit, in lectionibus publicis Historiam Reformationis debita industria proponet [...]. [...] Docet hora IX., Sommersemester 1720

[...] privatim autem, vt desideriis studiosorum satisfiat, omnibus viribus allaborabit., Sommersemester 1720

Joannes Andreas Schmidt D. Med. Prof Extraord. Habita oratione de meritis Germanorum in rem anatomicam in peculiari programmate lectiones publicas & privatas proxime indicabit., Sommersemester 1720

Io. Andr. Schmidt. D. publice in illustratione Sec. XVI quod historiam reformationis exhibet, adhuc versatur, ea autem ad finem perducta, historiam dominicarum & festorum in publicis lectionibus tradet in usum studiosorum qui ad cathedram ecclesiasticam tendunt.[...] Docet publice hora XI., Sommersemester 1721

Privatim theologiam dogmaticam explicabit, & desideriis studiosorum aliis pro viribus satisfaciet., Sommersemester 1721

Io. Andr. Schmidt D. Historiam ecclesiasticam Veteris Testamenti hactenus explanavit, cui Novi Testamenti ecclesiasticam historiam per praesens semestre subiunget. [...] Docet publice hora XI., Sommersemester 1723

[...] Nec privatos labores desiderantibus studium operamque denegabit., Sommersemester 1723

Jo. Andr. Schmidt, D. in illustratione historiae ecclesiasticae novi testamenti hactenus occupatus fuit, quod negotium sedulo continuabit. Docet hora XI., Wintersemester 1723/1724

[...] Privatas quoque lectiones in theologiam vel dogmaticam vel moralem desiderantibus pro viribus a Deo concessis non denegabit., Sommersemester 1724

Io. Andr. Schmidt D. In lectionibus in historiam ecclesiasticam novi testamenti undecim priora secula absolvit & eodem tenore sequentia praecipue historiam reformationis paulo uberioribus discursibus illustrabit. [...] Docet publice hora XI., Sommersemester 1724

[...] Privatim pathologiam nec non semeiotica tradet; simul methodum praescribendi formulas medicas suppeditabit., Wintersemester 1724/1725

Io. Andr. Schmidt D. Publicis lectionibus pathologiam generalem ad ductum tomi II. medicinae rationalis systematicae Frid. Hoffmanni explanabit. [...] Docet publice hora XI., Wintersemester 1724/1725

Io. Andr. Schmidt, D. Reformationis historiam haud ita pridem inchoatam per proximi semestris intervallum ad finem perducet & interdum selecta argumenta loco dissertationum publicarum

exhibebit. Docet publice hora XI., Wintersemester 1724/1725

[...] privatim nihilominus, ubicumque potero, studiosae iuventutis commoda sive auxilio, isve consilio promovebo., Sommersemester 1725

Io. Andr. Schmidt, D. Cum a Serenissimis & Potentissimis Academiae Nutrioribus, partim ad senium, partim ad virium, ob morbi diuturnitatem prostatarum, imbecillitatem respicientibus, clementissime decretum sit, publicos labores non amplius a me esse exigendos [...], Sommersemester 1725

[...] privatim nihilominus, ubicunque potero, studiosae iuuentutis commoda siue auxilio, siue consilio promouebo., Wintersemester 1725/1726

Io. Andr. Schmidt, D. Cum a Serenissimis & Potentissimis Academiae Nutritoribus, partim ad senium, partim ad virium, ob morbi diuturnitatem prostratarum, imbecillitatem respicientibus, clementissime decretum sit, publicos labores non amplius a me esse exigendos, [...], Wintersemester 1725/1726

[...] privatim nihilominus, ubicunque potero, studiosae iuventutis commoda siue auxilio, siue consilio promovebo, Sommersemester 1726

Io. Andr. Schmidt, D. Cum a Serenissimis & Potentissimis Academiae Nutritoribus, partim ad senium, partim ad virium, ob morbi diuturnitatem prostratarum, imbecillitatem respicientibus, clementissime decretum sit publicos labores non amplius a me esse exigendos, [...], Sommersemester 1726

[...] Privatim in simplicium medicamentorum vires inquiret., Sommersemester 1726

Io. Andr. Schmidt D. in publicis lectionibus Wedelii libros de medicamentorum facultatibus cognoscendis & applicandis illustrabit. [...]Docet hora XI., Sommersemester 1726

## Dissertationen (111)

J. B. Helmonti[i] Philosophi per ignem in doctrina De Statu Integritatis Et Corruptionis, 30.09.1696. VD17 23:256254C

Triumviri Halberstadenses  Dissertationes Historicae, 18.05.1715

Historia seculi septimi et octavi variorum fabulis maculata, 28.02.1715

Autos Epha S. Ipse Dixit Pythagoraeorvm Collatvm Cvm Autos Epha S. Ipse Dixit Christianorvm, 12.10.1712

De Lapsu Origenis Exercitatio Historico Ecclesiastica, 12.04.1704

Bibliothecae eremitarum veterum, 30.04.1701

De morbis chronicis Dissertatio medica, 30.09.1718

Dissertatio Qua Historiam Conciliorum Moguntinensium Et Imprimis Concilii A. MCCCX. Habiti], 22.11.1713

J. B. Helmontii philosophi per ignem in doctrina  De statu integritatis et corruptionis errantes ignes, 30.09.1696. VD17 23:256254C

Quietismi revolutionem in Quietistis decimi quarti & hujus seculi, 30.09.1696. VD17 23:236999Y

Dissertatio historico-ecclesiastica De insignioribus veterum christianorum formulis, 20.12.1696. VD17 23:236309G

Dissertatio Baculus pastoralis, 31.03.1697. VD17 23:237001K

Dissertatio Baptismus per arenam ad Niceph. H. E. lib. 3. c. 37., 30.04.1697. VD17 23:236370K

Dissertatio Ecclesia virgo ad locum praecipue Euseb. H. E. IV. 22, 18.05.1697. VD17 23:651589P

Dissertatio Dux foemina facti haereseos vel autor vel fautor sive mulier heterodoxa ad locum hieronymi in epist. ad Ctesiphontem, 30.10.1697. VD17 23:237005Q

Disputatio theologica Exhibens semicenturiam thesium ex universa theologica fidei selectarum, 31.12.1697. VD17 23:237028A

Dissertatio Quaestiones ex b. bajeri theol. mor. part. I. deductae & maximam partem ex eodem autore resolutae, 1698. VD17 23:237117S

Dissertatio Quaestiones ex b. bajeri theol. mor. part. II. deductae & maximam partem ex eodem autore resolutae, 1698. VD17 23:237117S

Dissertatio Quaestiones ex b. bajeri theol. mor. part. III. deductae & maximam partem ex eodem autore resolutae, 1698. VD17 23:237117S

Disputatio theologica Exhibens semicenturiam thesium ex universa theologia morali selectarum, 14.05.1698. VD17 23:237030W

Dissertatio Sudaria christi, 31.05.1698. VD17 23:236385D

Dissertatio Mulier orthodoxa, 30.06.1698. VD17 23:237101Q

Dissertatio Fasciae christi, 31.07.1698. VD17 23:236391E

Dissertatio Quaestiones ex b. bajeri theol. mor. part. III. deductae & maximam partem ex eodem autore resolutae, 31.08.1698. VD17 23:237117S

Dissertatio De omophorio episcoporum graecorum, 30.11.1698. VD17 23:236380R

Miscellae theses De catechizatione ex venerandae antiquitatis doctoribus collectae & aliquando latius diducendae, 01.02.1699. VD17 23:237130B

Dissertatio Quaestiones ex b. bajeri theol. mor. part. special. deductae & maximam partem ex eodem autore resolutae, 28.02.1699. VD17 23:237117S

Dissertatio Quaestiones ex b. bajeri theol. mor. part. special. deductae & maximam partem ex eodem autore resolutae, 28.02.1699. VD17 23:237117S

Dissertatio Animadversiones ad liberii de S. amore epistolas theologicas, 30.04.1699. VD17 23:237138N

Dissertatio De re monetali ebraeorum sive vera sive ficta sive ad res eorundem respiciente, 31.07.1699. VD17 23:237132S

Dissertatio Pseudo-novum testamentum exhibens pseudo-evangelia acta epistolas apocalyses, 31.07.1699. VD17 12:141793W

Dissertatio Elinguati mysterium trinitatis praedicantes, 31.08.1699. VD17 0092057934

Dissertatio historica De pseudo-evangelio aeterno praecipue seculi XIII. et sequentium, 20.01.1700. VD17 23:237140H

Dissertatio Syllabici in loca roma. XI. 36. 1. Cor. VIII. 6 summe iniurii, 17.04.1700. VD17 23:261014X

Dissertatio Historia seculi primi fabulis variorum maculata, 15.05.1700. VD17 14:076510Q

Dissertatio Minister ecclesiae omnibus omnia s. Pauli, praecipue ex I. cor. IX, 22. ut et ss. patrum doctrina et exemplis instructus, 12.03.1701

Dissertatio Puer Athanasius baptizans, 06.04.1701

Dissertatio Bibliothecae eremitarum veterum, 30.04.1701

Disputatio theologica De institutione catechetica, 30.09.1701

Dissertatio theologica inauguralis De armatura spirituali ex epist. ad ephes. cap. VI. vers. X. et seq. , 15.12.1701

Dissertatio De oblatis eucharisticis quae hostiae vocari solent, 14.01.1702

Dissertatio Pulvilli et pepla prophetissarum ex ezech. cap. 13. v. 18. , 11.02.1702

Dissertatio Adami Halberstadiensis in die cinerum ex ecclesia eiecti historia & origo, 1702

Dissertatio Hebrew id est monumentum absalomi ex II. sam. XVIII, 18, 08.04.1702

Exercitatio theologica exhibens Collationem adami primi et secundi, 28.10.1702

Dissertatio Tumba servatoris, 07.04.1703

Dissertatio theologico-exegetica exhibens Mortem mosis ex deut. c. XXXIV. expositam, 31.08.1703

Dissertatio De lectionariis orientalis et occidentalis ecclesiae in genere & sigillatim de Io. Chrysostomi lectionario msto quod in bibliotheca publica juliae asservatur, 08.09.1703

Exercitatio histor. ecclesiast. De lapsu origenis, 12.04.1704

Dissertatio Historia coelicolarum ad tit. codicis de Iudaeis & coelicolis, 05.05.1704

Dissertatio historico-theologica De apostolis uxoratis, 20.09.1704

Dissertatio historico-theologica Qua de libris et epistolis coelo et inferno delatis, 12.11.1704

Dissertatio Annulus pastoralis, 30.11.1705

Dissertatio Historia saeculi secundi fabulis variorum maculata, 12.04.1706

Disputatio theologica inauguralis De symboli apostolici in talmude ruderibus, 21.12.1706

Dissertatio Effusio aquae in mitzpah ad 1. sam. caput VII. v. 6, 24.08.1707. VD17 23:251051X

Dissertatio Pseudo-Vetus testamentum, 30.11.1707. VD17 23:251051X

Dissertatio historico-theologica De sam. Huberi vita fatis et doctrina, 24.03.1708

Dissertatio historico-theologica De fatis calicis eucharistici in ecclesia romana a concilio constantiensi ad nostra usque tempora, 04.04.1708

Dissertatio De cantoribus ecclesiae V. et N.T., 30.06.1708

Dissertatio Abusus Psalmi CIX imprecatorii vulgo Das Tod-Beten, 11.08.1708

Dissertatio Editio secunda Abusus Psalmi CIX imprecatorii vulgo Das Tod-Beten, 11.08.1708

Dissertatio Editio tertia Abusus Psalmi CIX imprecatorii vulgo Das Tod-Beten, 11.08.1708

Dissertatio Io. bapt. helmonti philosophi per ignem in doctrina de statu corruptionis errantes ignes, 06.10.1708

Dissertatio theologica inauguralis De absolutione mortuorum excommunicatorum seu tympanicorum in ecclesia graeca, 01.02.1709

Dissertatio Veritas satisfactionis christi contra socinianos eorumque novellos asseclas asserta, 13.07.1709

Dissertatio Historia seculi tertii variorum fabulis maculata, 10.08.1709

Dissertatio Historia de iuvene perverso a Joanne converso ex clementis alexandrini libro quis divitum salvus fiat observationibus historico-theologicis illustrata, 25.01.1710

Dissertatio Oratio dominica historice et dogmatice proposita praecipue autem Judaismo opposita, 31.01.1710

Dissertatio Facta et fata duorum prophetarum Judaici et Bethelici I. Reg. XIII., 17.05.1710

Dissertatio historico theologica  De modo propagandi religionem per carmina, 23.07.1710

Dissertatio Stricturae theologicae in Johannis Harduini soc. I. opera selecta, 10.11.1710

Dissertatio theologica inauguralis De fidelibus in charitate dei triumphantibus ex  epist. ad rom. cap. VIII. vers. 38. 39., 30.11.1710

Dissertatio De columbis in ecclesia graeca et latina usitatis, 30.11.1711

Dissertatio Historia seculi quarti fabulis variorum maculata in rebus praesertim constantini m., 31.12.1711

Dissertatio Oraculum a Rebecca consultum gen. XXV, 21 seq., 31.05.1712

Dissertatio Autos epha s. ipse dixit pythagoraeum collatum cum autos epha s. ipse dixit christianorum, 12.10.1712

Dissertatio Historia seculi quarti et quinti fabulis variorum maculata, 29.03.1713

Dissertatio Literae sanguine Jesu Christi firmatae, Die mit dem Blute Jesu Christi unterzeichnete Schriften, 31.07.1713

Dissertatio Qua historia conciliorum moguntinensium et inprimis concilii a. MCCCX. sistitur, 22.11.1713

Disputatio theologica De abnegatione sui ipsius, 12.05.1714

Dissertatio Historia seculi sexti fabulis variorum maculata, 30.11.1714

Dissertatio Elisaeaus ad musices sonum propheta II. Reg. III. v. 15., 31.12.1714

Dissertatio Proverbium num quid Saul inter prophetas? Sam. X, 12, 31.01.1715

Dissertatio Historia seculi septimi et octavi fabulis variorum maculata, 28.02.1715

Dissertatio I. De notariis ecclesiae tum orientalis tum occidentalis, 31.03.1715

Dissertatio II. De notariis ecclesiae tum orientalis tum occidentalis, 31.03.1715

Dissertatio III. De notariis ecclesiae tum orientalis tum occidentalis, 20.04.1715

Dissertatio III. De requisitis seu virtutibus notariorum ecclesiasticorum, 31.03.1715

Dissertatio Triumviri Halberstadenses Clemens II. pontifex romanus, Johannes Semeca praepos. major, conradus de Halberstad ord. dominic, 18.05.1715

Dissertatio Translatio episcopi ab ecclesia maiori ad minorem occasione canonis primi concilii sardicensis, 30.06.1715

Dissertatio Iethro ex II. et XVIII. exodi, 17.08.1715

Notitia De hospitali et sacello s. annae prope et extra muros Helmstadii, 31.10.1715

Dissertatio Arbor scientiae boni et mali praevia scriptura s. breviter delineata, 1716

Dissertatio Abraxas basilidis speciminis loco ostensum, 1716

Dissertatio Autentia dicti, 1. Joh. V. v. 7., 1716

Dissertatiuncula De suppliciis hebraeorum, 1716

Dissertatio Prae-Adamitae ex orbe proscripti, 1716

Dissertatio Donatio constantini M. Sylvestro papae facta, 1716

Dissertatiuncula De libris metricis, 1716

Dissertatio historico-theologica De agendis sive ordinationibus ecclesiasticis von Kirchen-Ordnungen cum apparatu agendorum, 11.06.1718

Dissertatio Modus probandi innocentiam per eucharistiam secundum vulgare sed pessimum Ich will das Abendmahl drauff nehmen, 31.07.1718

Dissertatio De clementis VI. & XI. bullis unigenitus dictis curiae romanae fatalibus, 20.05.1719

Historia bullarum Clementis VI. et XI. Unigenitus dictarum curiae romanae fatalium exposita et documentis praecipius ad pleuiorem historiae huius cognitionem facientibus illustrata, 1719

Problema historico ecclesiasticum De crucis dominicae per helenam constantini imperat. matrem inventione, 03.05.1724

Dissertatio inauguralis exegetica In qua nova oraculi zachariani cap. VIII. v. 11. a variis variae expositi exegesis proponetur, 21.06.1725

Compendium Theologiae Dogmaticae In varios auditorum usus conscriptum & in subsidium memoriae tabulis instructum, 1699. VD17 7:706927P

Disputationum Theologicarum Decima Quarta De Duplici Statu Christi eiusq[ue] Triplici Officio , 1696. VD17 12:620390B

Disputationum Theologicarum Decima Tertia De Persona Christi, 31.07.1696. VD17 12:620389P

Disputationum Theologicarum Duodecima De Gratuito Praedestinationis Decreto , 30.06.1696. VD17 12:620379G

Dissertatio Diptycha Veterum Praeside Joan. Andrea Schmidt Professore Publico Ordinario Publice Evolvenda Exhibet Joan. Kleinschmidt Lippia Guestphalus , 30.04.1694. VD17 23:631422K

## Beteiligung an Dissertationen (5)

Gratulant in: Johann Andreas d. Ä. Schmidt (Präses): J. B. Helmonti[i] Philosophi per ignem in doctrina De Statu Integritatis Et Corruptionis, 30.09.1696. VD17 23:256254C

Widmungsempfänger in: Johann Andreas d. Ä. Schmidt (Präses): Triumviri Halberstadenses Dissertationes Historicae, 18.05.1715

Widmungsempfänger in: Polycarp (IV.) Leyser (Präses): Examen philosophiae Wolffianae philosophicum Examen philosophiae, 23.09.1724

Respondent in: Andreas Heinrich Julius Bötticher (Präses): De purpura rubra vulgo den rothen Friesel Dissertatio inauguralis medica, 01.07.1718

Widmungsempfänger in: Johann Andreas d. Ä. Schmidt (Präses): Dissertatio Triumviri Halberstadenses Clemens II. pontifex romanus, Johannes Semeca praepos. major, conradus de Halberstad ord. dominic, 18.05.1715

## Beteiligung an Reden und Programmen (1)

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma In Exeqvias Viri Venerabilis Domini Ioh. Andreae Schmidii S. Theologiae Doctoris Et Professoris Ordinarii Facvlt. Theol. Senioris Et Abbatis Mariaevallensis, 23.06.1726

## Rechenschaftsberichte

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 10.01.1701–17.03.1701 |
| Text | MDCCI / Finitis feriis B. C. D. redii ad continuationem quaestionum illustrium ex historia et chronologia Veteris Testamenti / Ianuaris / Die 10 ☾ Quaestionem de lingua primaeva absolvi et aliam de anno nativitatis inchoavi. / Die 11 ♂ Eadem absolvi / Die 13 ♃ De annis 430 pereginationis ebraeorum disserui. / Die 14 ♀ De persona Melchiseduc pluribus egi. / Diebus |

| | |
|---|---|
| | 17 ☾ [et] 18 ♂ De autore libri Iob disquisitionem institui. / Die 20 ♃ Iosephum et Seypho non divinantem proposui. / Die 21 ♀ Populi Israelitici transitum per mare rubrum refluxui maris non esse tribuendum ostendi. / Diebus 23 ☾, 24 ♂, 26 ♃ [et] 27 ♀ Horum dierum lectiones mutatio Vice-Rectoratus et iter Guelferbytanum intercipiebant. / Die 31 ☾ Ad consistorium publicum vocatus hac hora legere non potui. / Februario / Die 1 ♂ Oratio valedictoria Dominum Generalis Superintendens Böhmeri eadem hac hora fuerat. / Die 3 ♃ De vitulo aureo Aaronis et Serpente aeneo Mosis dissertationes institui. / Die 4 ♀ De asina Balaami loquente et morte Mosis vera egi. / Nundinae Brunsvicenses lectiones intercipiebant. / Die 14 ☾ Erat consistorium publicum. / Die 15 ♂ Hac hora B. Calixto Dominus Doctor Fabricius iusta solvebat oratione funebri. / 17 ♃ De lapsu murorum Hierichuntinorum, an causae naturali an supernaturali tribuendus sit, disserui. / Die 18 ♀ Priori discursu ad finem perducto, de statione solis tempore Iosuae agere coepi. / Die 21 ☾ [et] Die 22 ♂ {} Usus medicamentorum has lectiones impedivit. / Februarii / Die 24 ♃ Priorem dissertationem absolvi. / [v] / Die 25 ♀ De Debora iudice disserui. / Die 28 ☾ Disquisitio de Samuele personato instituta fuit. / Martio / Die 1 ♂ De templo Hierosolymitano quarere coepi an ad superstitionem Aegyptiacam referri debeat? / Die 3 ♃ Eandem disquisitionem ad finem perduxi. / Die 4 ♀ De regina Ahabe veniente et vitulis aeneis Ierobeani disserui. / Die 7 ☾ De miraculo in horologio Achaz observato egi. / Die 8 ♂ Consistorium publicum impediebat lectionem publicam. / Die 10 ♃ De LXX hebdomadibus Danielis quaesivi, an certum vel incertum tempus involverent? / Die 11 ♀ Eandem quaestionem continuavi et absolvi. / Die 14 ☾ [et] Die 15 ♂ {} Erat mercatus oppidanus. / Die 17 ♃ Oratorio solennis Domini Professor Bohmeri, novi professoris eloquentia, lectionem publicam hac hora impediebat. / Instantes feriae lectionibus publicis finem imposuerunt. / Iohann Andreas Schmidt, doctor |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 71 |
| | |
| Zeitraum | 11.04.1701–26.04.1701 |
| Text | MDCCI / Finitis feriis Paschalibus ad continuationem lectionum publicarum de quaestionibus ex historia Veteris Testamenti me accinxi. / Aprili / Die 11 ☾ Ostendere coepi ex LXX illis hebdomadibus convinci posse Iudaeos, messiam dudum venisse. / Die 12 ♂ Hoc argumentum ulterius deduxi et absolvi. / Die 14 ♃ De statuae, à Nebucadnezare erecta, materia disserui. / Die 15 ♀ In cuius honorem haec statua sit posita quaesivi. / Die 18 ☾ An per regnum quartum intelligatur Romanum, an vero successorum Alexandri disquisitum fuit. / Die 19 ♂ Actui introductionis domini doctoris Fabritii interesse iussus, hac hora legere non potui. / Die 21 ♃ Habebatur oratio inauguralis domini doctoris Botticheri. / Die 22 ♀ Priorem discursum absolvi. / Die 25 ☾ De temporibus dan. XI 36 egi. / Die 26 ♂ Ad quae tempora Ezechielis ultima capita sint referenda disquisivi et collegio huic quaestionum illustrium B. C. D. finem imposui. / Postea ad futuras lectiones publicas me praeparavi et seculum XVI et XVII prelo [?] subieci ut auditores à labore scribendi liberarentur. Fuerunt vero etiam alia, quae lectiones istas in hac hora impediverunt, examen nimirum candidati theologiae, lectio eiusdem cursoria, disputatio publica, et actus doctoralis, nec non oratio solennis in natalem Serenissimi Rudolphi Augusti. Accessit etiam luctus domesticus ex obitu filioli. Praeter disputationes |

| | |
|---|---|
| | in collegium controverisiarum Baccalaureus Musaei, etiam illa de Athanasio puero baptizante fuit habita. / Iohann Andreas Schmidt, doctor |
| Quelle | 37 Alt 2530 , Fol. 72 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 29.08.1701–29.09.1701 |
| Text | Lectiones publicae / MDCCI / Cunctatione typographi, seculum XVI. et XVVI. typis exscribentis, factum fuit, ut integro mense Iunio et prioribus hebdomadibus Augusti publicè legere non potuerim. Interea nihilominus duo conscripsi programmata, quorum alterum agit de doctorum primitivae ecclesiae vario docendi disputandique genere XXXVI disputationibus publicis praemissum, alterum de controversiarum numero minuendo diputationes XVIII. alias indicans. Successerunt dein nundinae Brunsvicenses quibus finitis. / Augusti / Die 29 ☾ Seculum XVI inchoavi et ecclesiae orientalis et occidentalis statum eiusdemque propagationem proposui. / Die 30 ♂ Doctrinae catholicae in hoc seculo indicavi fontes, summam, corruptionem et reformationis occasionem proximam, quam indulgentiae Tezelii suppeditarunt. / Septembris / Die 1 ♃ Ea absoluta recensui controversiam aliam de potestate Pontificis Romani et Lutheri colloquium cum Card. Caietano nec non disputationem eiusdem cum Eccio Lipsiae habitam. / Die 2 ♀ De actis Lutheri cum militizio, lovaniensibus allisque, nec non de libris hoc tempore ab eo editis egi. / Diebus 5 ☾ [et] 6 ♂ {} Erat mercatus oppidanus. / Die 8 ♃ De actis in comitiis Wormatiensibus, Lutheri discessu, latitatione in arce Warteburg et reditu Wittebergam disserui. / Die 9 ♀ De propagatione purioris doctrinae et obstaculis eidem factis permotus rusticorum et controversiam sacramentariam dixi. / Die 12 ☾ De duobus conventibus Spirensibus et in ultimo horum nato nomine protestantium, nec non exhibitione Augustanae Confessionis in comitiis Augustanis actum fuit. / Die 13 ♂ De foedere Smalcaldico, pace inter Caesareos et protestantes, reformatione in Anglia aliisque terris coepta, nec non concordia Wittebergensi, minime firma, disserui. / Die 15 ♃ Motus Anabaptistarum in Westphalia, concilium multoties à pontifice frustra expetitum, articulos Smalcaldicos, varios conventus et alia huc spectantia recensui. / [v] / Die 16 ♀ Egi de concilio prima vice tridenti indicto, nec non de morte Lutheri et de bello Caesarem inter et protestantes dicere coepi. / Die 19 ☾ Priori discursu absoluto vidimus Caesaris decreta, de translatione electoralis dignitatis in mauritium et de libro interim ab omnibus in imperio suscipiendo. / Die 20 ♂ De controversiis interimisticis, Mauritii expeditione contra Caesarem, liberatione Joannis Friderici et Landgravii, morte illius et Caroli V. dixi. / Die 22 ♃ De conventu Numburgensi, Crypto-Calvinistis et occasione conscribendae formulae concordiae actum fuit. / Die 23 ♀ Historiam formulae concordiae postquam recensui, coepi disserere de controversiis huius seculi et primo quidem de lite sacramentali. / Die 26 ☾ De controversiis cum Anabaptistis, Schwenckfeldio et Antinomis disserui. / Die 27 ♂ Adiapheristicas, Osiandri, Stancari, Maioris, Synergistarum et Flacianorum lites enarravi. / Die 29 ♃ Erat festum Michaelis. / Collegium disputatorium publicum coepi et septem iam vicibus huc usque disputavi. Praeterea etiam dissertatio de bibliothecis eremitarum veterum eruditorum disquisitioni fuit exposita. / Iohann Andreas Schmidt doctor |
| Quelle | 37 Alt 2530; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 73; Fol. 28 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 13.10.1701–19.12.1701 |
| Text | MDCCI / Post ferias Michaelitanas ad lectiones publicas fui regressus / Octobris / Die 13 ♃ Et inter seculi XVI scriptores primo recensui viros arte et marte claros, nec non historicos. / Die 14 ♀ De theologis Lutheranis disserere coepi. / Die 17 ☾ Eundem discursum continuavi. / Die 18 ♂ De doctoribus reformatis dixi. / Die 20 ♃ Pontificios scripturae interpretes et theologos Scholasticos recensui. / Die 21 ♀ Illis coniunxi concionatores et casuistas ac de Iulio Pflugio sigillatim egi. / Die 24 ☾ Pontifices, ordines et academias huius seculi retuli. / Die 25 ♂ De haeresibus et haereticis, praecipue antitrinitariis et Puccio actum fuit. / Die 27 ♃ Ceremonias et mores diversarum ecclesiarum nec non regimen consideravi. / Die 28 ♀ Priori discursu absoluto, Schismata inter graecos et latinos, nostros et pontificios, atque nostros et reformatos proposui. / Die 31 ☾ Recensitis conciliis provincialibus de Pisano et Lateranensi, nec non de colloquio Augustano inter Lutherum et Caietanum, egi. / Novembris / Die 1 ♂ Colloquia Lipsiacum, Tigurina, conventum Norimbergensem, Ratisbonensem et Italensem proposui. / Die 3 ♃ Badense, Homburgense, Nordense, Upsaliense, Berense, Flensburgense, Marpurgense enumeravi. / Die 4 ♀ In recensione conventuum perveni ad concilium tridentium. / Die 7 ☾ Concilii Tridentini historia recensita, continuavi, colloquiorum relatione usque ad Wormatiense. / Die 8 ♂ Eandem materiam alterius perduxi ad Franckenthalense. / Die 10 ♃ Erat oratio inauguralis domini professoris Wagneri. / Die 11 ♀ Perveni per plura alia ad Mompelgartense. / Diebus 14 ☾ 15 ♂ {} Mercatus oppidanus et auctio bibliothecae Calixtinae lectiones publicas impediebant. / Diebus 17 ♃ [et] 18 ♀ {} Et his diebus auctio continuata fuit. / Die 21 ☾ Colloquiis ad finem perductis de perfectionibus et martyribus dixi. / Die 22 ♂ Res aliorum extra ecclesiam et memorabilia quaedam consideravi atque simul seculo huic finem imposui. / Die 24 ♃ Seculum XVII exorsus, de statu ecclesiae orientalis et occidentalis disserui. / Die 25 ♀ De causis proximis belli tricennalis, turbata pace ecclesiastica neque restituta, discursum habui. / Die 28 ☾ De propagatione religionis Christianae in utraque India, nec non de doctrina huius seculi catholica dissertatio fuit instituta. / Die 29 ♂ De controversiis in ecclesia Romana egi, praecipue Molinistica et Ianseniana. / [v] / Decembris / Die 1 ♃ Erat electio novi Vice-Rectoris. / Die 2 ♀ Alias adduxi controversias pontificiorum, easque inter et illas à Molinosio Roma et Fenelonio in Galia excitatas. / Die 5 ☾ In reformatorum ecclesia excitatas controversias retuli. / Die 6 ♂ Consistorio privato interfui hac hora. / Die 8 ♃ Controversiis reformatorum ad finem perductis, eas recensere coepi, quae in nostra ecclesia fuerunt agitatae. / Die 9 ♀ Disputatio theologica praeside doctore Niemeiero hac hora habebatur. / Die 12 ☾ Erat in facultate nostra examen candidati theologiae domini professoris Ritmeieri. / Die 13 ♂ Ad consistorium publicum vocatus legere non potui. / Die 15 ♃ Habebatur me praeside disputatio inauguralis domini professoris Ritmeieri. / Die 16 ♀ Praside doctore Niermeiero disputatio publica hac hora habita. / Die 19 ☾ Absolvi controversiarum historiam et progressus fui ad scriptores hoc seculo illustres. / Disputationes publicas in theologiam positivam absolvi. / De cathechizatione quoque disputavi. / Johann Andreas Schmidt professor publicus |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 74 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 09.01.1702–11.04.1702 |
| Text | Lectiones Publicae / ANNO 1702 / Ianuaris / Die 9 ☽ Recensui in secundum [?] XVII historiae eclesiasticae scriptores Lutheranos Reformatos et Pontificios. / Die 10 ♂ Theologos Lutheranos recensere coepi. / Die 12 ♃ Hac hora absolvi recensionem. / Die 13 ♀ Erat Consistorium publicum. / Die 16 ☽ Propter Consistorium publicum hac hora legere non potui. / Die 17 ♂ Theologos Reformatos et Pontificios produxi in scenam. / Die 18 ♀ Publice disputavi in theologiam polemicam prima vice. / Die 19 ♃ De foeminis eruditis, congregationibus, academiis, et societatibus literariis egi. / Die 20 ♀ Disserui de Antitrinitariis et Anabatistis / Diebus 23 ♃, 24 ♂, 25 ♃ [et] 27 ♀ } Lectiones horum dierum Guelpherbytanum iter impedivit. / Die 28 ♃ Disputatio II in theologiam Polemicam fuit habita. / Die 30 ☽ Postquam de Quackeris fuit actum de ceremoniis et ritibus dicere coepi. / Die 31 ♂ Priori discursu absoluto, de regimine ecclesiae Romanae discursum institui. / Februarii / Die 2 ♃ Erat festum Purificationis Mariae. / Die 3 ♀ De regimine ecclesiarum protestantium egi. / Finitis Nundinis Brunsvicensibus ad lectiones redii. / Die 16 ♃ De Schismate egi inter ecclesiam graecam et latinam, nec non de altero, quod est inter ecclesiam Romanam et nostram. / Die 17 ♀ Postquam de Schismate nos inter et Reformatos, nec non inter hos et Ariminianos actum fuit, historiam colloquii Ratisbonensis aggressus fui. / Die 20 ☽ Schoch Wiesense Walbacense cum synodis ultraiectinae et Vapicensi proposui. / Die 21 ♂ De Durlacensi Hemelschenburgensi, Neoburgensi, et Pragensi dixi. / Die 23 ♃ Synodum Charentoniensem et Alencomiensem cum colloquio Thoruniensi recensui. / Die 27 ☽ Post Rheinfeldense et Cassellanum colloquia, de Synodis graecorum disserui. / Die 28 ♂ Egi de perfectionibus, rebus aliorum extra ecclesiam et memorabilibus huius seculi, atque simul lectionibus publicis imposui finem. / Martio Dein me praeparavi ad lectiones de quadragesima ecclesiae latinae recentioris. / Die 20 ☽ Easdem inchoavi et officia sacra in die cinerum primo loco proposui. / [v] / Die 21 ♂ Illis absolutis feriae V, VI et sabbati officia consideravi. / Die 23 ♃ Adduxi rationes ecclesiae latinae, cur quatuor dies praemittantur quadragesime, simul etiam egi de stationibus quadragesimalibus. / Die 24 ♀ Sacra recensui dominica I in quadragesimalibus et feriae II. III. IV (quae est una quatuor temporum) V et VI. / Die 27 ☽ De sabbato quatuortemporum et dominica II vacante et quinque sequentibus feriis actum fuit. / Die 28 ♂ Egide sabbato, dominica III et feria II dein vocatus in consistorium lectionem differre coactus fui. / Die 30 ♃ Adduxi sacra feriae III, IV, V, VI sabbati, dominicae IV et feria II, III, IV. / Die 31 ♀ Publicam disputationem non habui de Adamo Halberstadiensi. / April / Die 3 ☽ [et] Die 4 ♂ } Erat mercatus oppidanus. / Die 6 ♃ Hac hora disputatio theologica habebatur praeside doctore Nimeiero. / Die 7 ♀ Eadem hora recitata fuit oratio de bono principe. / Die 10 ☽ Publice disputavi de Absalonis monumento. / Die 11 ♂ Ferias V et VI cum sabbato proposui et praeter dominicam de passione ferias sex adduxi. / Sequebantur feriae paschales. / Jo. Andr. Schmidt professor ordinis sui senior. |
| Quelle | 37 Alt 2531 , Fol. 82 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 03.04.1702–30.06.1702 |
| Text | MDCCII / LECTIONES PUBLICAE in quibus delinaetionem sacrorum ecclesiae |

latinae recentioris continuavi. / April / Die 3 ☽ [et] Die 4 ♂ } Erat mercatus oppidanus. / Die 6 ♃ Hac hora disputatio theologica habebatur praeside doctore Niemeiero. / Die 7 ♀ Eadem hora publice recitata fuit oratio de bono principe. / Die 10 ☽ Publice disputavi de Absolomi monumento. / Die 11 ♂ Ferias V et VI cum sabbato proposui et praeter dominicam de passione ferias sex adduxi. / Sequebantur feriae paschales quibus finitis ob usum medicamentorum ad labores demum redire potui. / Maii / Die 8 ☽ Sabbato prioris hebdomadis adieci sacra dominicae in palmis quarum benedicuntur. / Die 9 ♂ His absolutis officia feriarum II, III, IV et V proponere coepi. / Die 11 ♃ [et] Die 12 ♀ } Iter quoddam necessarium lectiones publicas impediebat. / Die 15 ☽ Feriae V. sacris ad finem perductis, ea, quae ad feriam VI spectant, exorsus fui. / Die 16 ♂ Erat consistorium publicum. / Die 18 ♃ Absolvi feriae sextae officia et sabbati sancti sacra inchoavi. / Die 19 ♀ Eadem continuavi. / Die 22 ☽ Publicae fundebantur preces pro averruncandis tempestatibus. / Die 23 ♂ Rationes mysticas horum officiorum adduxi. / Die 25 ♃ Erat festum ascensionis. / Die 26 ♀ Collegio huic publico finem imposui. / [v] / Reliquis huius mensis diebus me praeparavi ad lectiones publicas, post festum pentecostale inchoandas. / Iunii / Die 12 ☽ Erat consistorium publicum. / Die 13 ♂ Exorsus sum lectiones de conciliis, et disserui de conciliorum natura et variis variorum divisionibus. / Die 15 ♃ De capitibus in recensione conciliorum oberservandis egi, necnon de illorum collectoribus simulque Baronii sententiam de duobus Christi conciliis oecumenicis examinavi. / Die 16 ♀ Occasione primi conventus apostolici dixi de electione Matthiae per sortem. / Die 19 ☽ De illo conventu, quo diaconi constituti sunt, actum fuit. / Die 10 ♂ Egi de concilio Hierosoliimitano primo. / Die 22 ♃ Absolvi priorem discursum. / Die 23 ♀ De reliquis conventibus apostolicis egi. / Diebus 26, 2, 29 [et] 30 Lectiones impedivit necessarium iter. / Io. Andr. Schmidt doctor

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 83 |
| Zeitraum | 03.07.1702–26.09.1702 |
| Text | MDCII / Lectiones publicae quibus historia conciliorum fuit continuata / Iulius / Die 3 ☽ De symbolo, canonibus et constitutionibus apostolicis disserui / Die 4 ♂ Actum fuit de concilio Antiocheno, quod Apostolis supponitur / Die 6 ♃ In seculo secunda concilia contra Montanum habita recensui / Die 7 ♀ Aggressus sum ea, quae causam paschalem spectabant, ut Romana et Caesariense / Die 10 ☽ [et] Die 11 ♂ } Erat mercatus oppidanus / Die 13 ♃ Absolvi illa concilia, quae die dominica pascha celebrandum esse proscribebant / Die 14 ♀ Dixi de synodo Asiana, in qua pro XIV luna decretum fuit / Die 17 ☽ Seculi III concilia exorsus, egi de duobus Carthaginensibus praeside Cypriano habitis in causa lapsorum / Die 18 ♂ In eadem materia de Africano, Antiocheno et Romano dixi / Die 20 ♃ Erat mutatio Vice Rectoratus. / Die 21 ♀ In cause baptismatis haereticorum extra ecclesiam administrati concilia Africana tria et Iconiense proposui / Die 24 ☽ De duobus conciliis Antiochenis contra Paulum Samosatenum disserui / Die 25 ♂ Arabica duo concilia et Africanum recensui. / Die 27 ♃ In quarto seculo de concilii Nicaeni loco, convocatione et causis impulsivis dicere coepi / Die 28 ♀ De praesidibus, politico et ecclesiastico, nec non de concilii assessoribus dixi / Die 31 ☽ De damnatione Arianae haereseos symbolo Nicaeno et Voce / Augusti /ὑμνουσίου disserui / Die 1 ♂ Compositionem controversiae paschalis et Novatiani schismatis |

Text Anno MDCCVII / Lectiones publice in historiam ecclesiasticam Veteris Testamenti / Aprilis / Mensem Aprilis adhuc impendi elaborationis compendis historiae ecclesiasticae Veteris Testamenti / Maii / Mense Maio a Serenissimo Principe Domino Antonio Ulrico Serenissime Brunsvicense et Luneburgense

| | |
|---|---|
| | comitibus itineris adscriptus ad thermas Wisbadenses et vicinia loca sanitatis gratia abii./ Iunii / In Iunio redux factus, finitis feriis pentecostalibus / die 21♂ collegium in historia ecclesiastica Veteris Testamenti inchoavi et eius definitionem divisionem, ordinem tractandi, adversis susceptum, proposui. / die 23♃ de necessaitate et utilitate huius historiae et fontibus dicere coepi. / die 24♀ erat festum Sancti Iohannis / die 27☽ priori discursu absoluto, egi de subsidiis illis, historia exotica, geographia et chronologia. / die 28♂ Epochem primam huius historiae inchoavi, atque de principio creationis dixi. / die 30♃ de ecclesia paradisiaca, ipso paradiso et duabus in eo arboribus disserui. / Iohannes Andreas Schmidt Doctor |
| Quelle | 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.3, fol.62; fol.55 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 14.07.1707–29.09.1707 |
| Text | MDCCVII / Continuatio lectionum publicarum in compendium historiae ecclesiasticae veteris testamenti / Diebus Iulii / Die XIIII♃ De Adamo dicere coepi. / Die XV♀ Hunc discursum continuavi. / Die XVIII☽ Reliqua de Adamo absolvi, et de Abele dixi. / Die XVIIII ♂ Sethi et Enochi vitam recensui. / Die XXI♃ Erat mutatio Vice-Rectoratus. / Die XXII ♀ De sequentibus Patriarchis, praecipue Henocho discursum institui. / Die XXV ☽ Reliquorum Patriarcharum vitas delineavi. / Die XXVI ♂ De corruptione doctrinae disserui. / XXVIII ♃ De corruptionibus ipsis egi. / Die XXVIIII♀ De ceremoniis dicere coepi. / Diebus Augusti / Die I☽ Discursum priorem absolvi. / Die II ♂ De regimine ecclesiae, schismatibus, persecutionibus actum fuit. / Die IIII ♃ Consistorium publicum impediebat lectionem publicam. / Die V♀ praeter res extra ecclesiam ex memorabilibus alphabetum caeleste examinavi. / Die VIII☽ De patrum longaevitate, et structura arcae Noae dixi. / Die VIIII ♂ Priorem discursum absolvi. / Die XI♃ De dilumii universalitate disserui, et epocham primam ad finere perduxi. / Die XII♀ Consistorium publicum iterum impediebat lectionem publicam. / Sequebantur nundinae Brunsvicenses / Die XXV♃ Consistorium publicum hac hora fuit institutum. / Die XXVI ♀ In epocha II de ecclesiae statu, propagatione et doctrina egi. / Die XXVIII☽ De Noacho et filiis eius, ecclesiae doctoribus dixi. / XXVIIII♂ Hunc discursum continuavi. / Diebus Septembris / Die I♃ Eundem absolvi. / Die II♀ De corruptione doctrinae et ceremoniis dicere coepi. / } Diebus V☽ [et] VI♂ Erat mercatus oppidanus. / Die VIII♃ Priori discursu absoluto de disciplina ecclesiae actum fuit. / Die VIIII♀ De Schismatibus, et persecutionibus, rebusque extra ecclesiam disserui. / Die XII☽ De memorabilibus huius epochae, et inter ea de iride post diluvium dixi. / Die XIII ♂ De turri Babelica discursum institui. / Die XV♃ Ob raucedinem legere non potui. / XVI♀ Absoluta epocha II tertiam inchoavi, et ecclesiae statum eiusque doctrinam consideravi. / [v] / Diebus Septembris / } Diebus XVIIII☽, XX ♂ XXII♃, XXIII♀ intentissima tussi laboravi. / Die XXVI☽ Erat disputatio inauguralis iuridica. / Die XXVII♂ Actus erat doctoralis. / XXVIIII♃ Festum Michaelis celebrabatur. / Disputationem publicam habui de Effusione aquae in Mizpak et Programma de Catechismo Racviensi praemisi XV disputationibus publicis anti-Socinianis. |
| Quelle | 37 Alt 2536, fol.63 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 08.10.1707–23.12.1707 |
| Text | MDCCVII / Continuatio lectionum publicarum in Compendium historiae |

ecclesiasticae Veteris Testamenti. / Finitis Feriis Michaelitanis. / Octobris / die 8♀ In epocha tertia inter ecclesiae doctores Abrahamum audivimus. / } diebus 10☽ [et] 11♂ de Isaaco, Iacobo, huiusque filiis dixi. / die 13♃ de Iosepho egi / die 14♀ Melchisedeci historiam recensui./ } diebus 17☽ [et] 18♂ historiam Iobi paulo prolixius deduxi. / die 20♃ ea absoluta de reliquis disserui, ex simul corruptionem doctrinae indicavi. / die 21♀ de variis ceremoniis ex institutis actum fuit. / die 24☽ priorem discursum absolvi. / die 25♂ de ecclesiae regimine, Schismatibus ex persecutionibus discursum institui. / die 27♃ res extra ecclesiam proposui. / die 28♀ memorabilia huius epochae recensui. / } die 31☽ [et] / Novembris / die 1 ♂ de ecclesiae facie, ex plagis Aegyptiis immissis disserui. / die 3♃ absoluto priori discursu de ecclesiae statu coepi dicere ex doctrina. / die 4♀ de peculiari modo revelationis urim ex Thummim inter alia egi. / die 7 ☽ de doctoribus ecclesiae actum fuit in specie de Mose. / } diebus 8♂, 10♃ [et] 11♀ usum medicamentorum has lectiones impediebat. / } diebus 14☽ [et] 15♂ erat mercatus oppidanus. / die 17 ♃ de Mose discursum continuavi. / die 18♀ eundem absolvi. / die 21☽ de Aarone egi / die 22♂ reliquos adieci viros illustres. / die 24♃ de doctrinae corruptione discursum institui. / die 25♀ de corruptoribus actum fuit. / die 28☽ de ceremoniarum Iudaicarum origine disserui. / die 29♂ de tabernaculi partibus, atrio, sancto, sancto sanctorum dicere coepi. / [v] / Decembris / } diebus 1♃ [et] 2♀ priorem discursum continuavi et absolvi. / } diebus 5☽ [et] 6 ♂ breve iter impediebat has lectiones. / die 8♃ de vestibus pontificis summi egi. / die 9♀ de vestibus reliquorum sacerdotum / die 12☽ de sacrificiorum diversis generibus egi. / die 13♂ de aliis actionibus sacris disserui. / die 15♃ de primitiis, decimis, rebus votis ex devotis actum fuit. / die 16♀ festa Iudaeorum varia consideravi. / die 19☽ reliqua huius capitis absolvi. / die 20♂ de regimine ecclesiae vidimus Israelis regem, eius ministros, ex aliquas illius leges. / die 22♃ leges Hebraeorum forenses secundum diversas classes consideravi. / die 23♀ disciplinam ecclesiasticam proposui in diversis exemplis. / Sequebantur feriae nataliae. / Disserationem de Pseudo-Veteri Testamento publice proposui. / Concionem poenitentialem habui. Disputationes publicas contra Socinianos continuavi. / Iohannes Andreas Schmidt Doctor

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.3, fol.64; fol.93 |
| Zeitraum | 10.01.1708–30.03.1708 |
| Text | Finitis feriis natalitiis ad lectiones publicas redii / [mit anderer Feder] in compendio historiae ecclesiasticae Veteris Testamenti ex epocha quarta / MDCCVIII / Ianuarius / die 10♂ Schismata conventus, persecutiones recensui. / die 12♃ rebus aliorum extra ecclesiam consideratis, memorabilia huius epochae in medium produxi. / die 13♀ discursum continuavi. / } diebus 16☽ [et] 17♂ idem egi hac hora / die 19♃ erat mutatio vice-rectoratus. / die 20♀ priori discursu absoluto, in epocha V consideravi ecclesiae statum et propagationem. / die 23☽ de doctrina et doctoribus et viris illustribus praecipue Iosua dicere coepi. / die 24♂ ad confessum facultatis theologicae hac hora vocatus legere non potui. / die 26♃ de Iosua discursum absolvi. / die 27♀ de iudicibus egi. / die 30☽ de corruptione doctrinae et corruptoribus disserui. / die 31♂ de ceremoniis discursum instituere coepi. / Februarius die 2♃ erat festum purificationis. / die 3♀ priori discursu absoluto de regimine et disciplina actum fuit. / Sequebantur nundinae Brunsuicenses. / die 16♃ de |

Schismatibus, conventibus et persecutionibus egi. / die 17♀ res aliorum extra ecclesiam consideravi. / die 20☽ memorabilia praecipue expugnationem urbis Iericho, et Stationem solis proposui. / die 21♂ in epocha 17 de statu ecclesiae, doctrina et doctoribus egi. / die 23♃ de Samuele et Saule disserui. / die 24♀ priorem discursum absolvi. / } diebus 27☽ et 28♂ Davidis vitam et acta recensui. / die 29♀ Concionem poenitentialem habui in templo academico. / Martius / die 1♃ lectio publica anatomica impediebat lectionem in hac hora. / die 2♀ erat oratio Domini Werlhofii publica hac ipsa in hora. / die 5☽ de Salomone varia recensui. / die 6♂ priorem discursum absolui. / die 8♃ de variis aliis viris celebribus egi. / die 9♀ de ceremoniis, et praecipue loco conventus, templo Salomonis dicere coepi. / } diebus 12☽ et 13♂ templi Salomonaei structuram et contenta explicavi. / [v] / die 15♃ priori discursu ad finem perducto, de templi dedicatione et regis inauguratione egi. / die 16♀ enarratis reliquis ceremoniis de regimine ecclesiae dicere coepi. / } diebus 19☽, 20♂ [et] 22♃ adversa valetudine pressus legere non potui. / die 23♀ discursum de regimine ex disciplina absolvi. / } diebus 26☽ [et] 27♂ erat mercatus oppidanus / die 29♃ de Schismatibus, conventibus ex persecutionibus egi. / die 30♀ res aliorum extra ecclesiam ex memorabilia quaedam explicavi. / Reliquos dies ante festum paschatos dicavi disputationibus habendis. / [mit anderer Feder] Conscripsi programma de Scriptis, ad historiam facientibus dependitis, disputationes publicis XX in historia ecclesiastica praemissum. / Disputationes solennes habiis duas alterum de Hubero, alteram de fatis calicis eucharistici. / Iohannes Andreas Schmidt Doctor Professor Publicus

Quelle 37 Alt 2537, 78

Zeitraum 19.04.1708–22.06.1708

Text [mit anderer Feder ] In Lectionibus publicis illustrationem historiae ecclesiasticae Veteris Testamenti continuavi. / Feriis paschalibus finitis ad lectiones publicas redii / MDCCVIII / Mensis Aprilis / Die 19♃ In epocha VII statum ecclesiae, et doctrinam catholicam vidimus / die 20♀ de doctoribus coepi dicere, et praecipue de illis Prophetis, qui nihil scripserunt. / die 23☽ de Elia ex Elisa aliisque Prophetis, qui scripserunt, dixi / die 24♂ oratio publica hac hora habebatur de abusus eloquentiae. / die 26♃ breve iter impediebat lectionem hanc / die 27♀ priorem discursum continuavi / die 30☽ discursum absolvi, et de Rechabitarum institutis simul disserui. / Mensis Maii / Die 1♂ de regibus Iudae et Israelis dixi. / die 3♃ de corruptione doctrinae, ex ceremoniis egi. / die 4♀ de regimine et Schismatibus actum fuit. / die 7☽ de conventibus et persecutionibus disserui. / die 8♂ de rebus aliorum extra ecclesiam discursum formavi. / die 10♃ memorabilibus huius epochae finitis, ecclesiae statum epochae VIII exhibui. / die 11♀ de doctrina catholica egi. / die 14☽ publicae preces fundebantur pro averruncantis tempestatibus. / die 15♂ de doctoribus ecclesiae praecipue Daniele et Ezechiele actum fuit. / die 17♃ erat festum ascensionis. / die 18♀ de corruptione religionis, ceremoniis et regimine dixi. / die 21☽ de Schismatibus, conventibus, persecutionibus aliisque rebus extra ecclesiam actum fuit. / die 22♂ priori epocha absoluta in IX. epocha ecclesiae statum et propagationem consideravi. / die 24♃ erat oratio solennis de felicioribus superioris anni eventibus. / die 25♀ de fontibus doctrinae catholicae ex versione LXX. egi. / Sequebantur feriae pentecostales,

| | |
|---|---|
| | quibus finitis. / Mensis Iunii / die 7♃ de doctoribus ex viris illustribus actum fuit. / die 8♀ de corruptione religionis et ceremoniis disserui. / die 11☽ regimen ecclesiae illustravi. / die 12♂ eo absoluto Schismata ex conuentus proposui. / [v] / die 14♃ De persecutionibus ex rebus aliorum extra ecclesiam dixi. / die 15♀ epocham hanc absolvi, ex ultimam inchoavi in qua vidimus ecclesiae statum ad doctrinam. / die 18☽ doctores et viros illustres, nec non doctrinae corruptionem recensui. / die 19♂ de ceremoniis ex regimine ecclesiae actum fuit. / die 21♃ priori discursu ad finem perducto de Schismatibus ex conventibus disserui. / die 22♀ epochae X. ex toti compendio historiae ecclesiasticae Veteris Testamenti finem imposui. / Sequentibus diebus ad futuras lectiones me praeparavi. / [alle folgenden Abschnitte mit gleicher Feder wie Überschriftsteil] Praeter concionem poenitentialem die XXIII. Maii habitam. / dissertationem de cantoribus ecclesiis Veteris et Novi Testamenti publice ventilatam Phaenomenam de conconis solan (unleserlich) die XXVI Maii observatis scripto peculiari illustravi./ Iohannes Andreas Schmidt Doctor Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2537, 79 |
| Zeitraum | 02.07.1708–27.09.1708 |
| Text | [von anderer Feder als der übrige Teil ] MDCCVIII Lectiones ordinariis in compendum historias ecclesiasticas Novi Testamenti / Iulii / die 2☽ Erat festum visitationibus Mariae. / die 3♂ Historiam Ecclesiasticam Novi Testamenti incepi, et post definitionem ex divisionem, diversos eam tractandi modos proposui. / die 5♃ de fontibus historiae ecclesiasticae ex prima, media et infima aetate egi. / die 6♀ Specialiter de centuriatoribus Magdeburgensibus et Baronii Annalibus disserui. / } diebus 9☽ [et] 10♂ erat mercatus oppidanus / die 12♃ de statu ecclesiae, scholae ex politiae iudaicae, nec non religionis gentilis discursum institui / die 13♀ de Ioanne et Christi nativitate dicere coepi / die 16☽ de loco nativitatis Christi, eiusque pueritia et infantia dixi / die 17♂ de ministerio, passione ex morte actum fuit / die 19♃ de fundatione diversarum ecclesiarum huius seculi disserui / die 20♀ de doctrina catholica huius seculi egi / die 23☽ Apostolorum vitam et fata recensere coepi / die 24♂ erat mutatio Vicerectoratus / die 26♃ priori discursu absoluto de apostolicis viris dixi / 27♀ de haereticis primi seculi discursum institui / die 30☽ capite priori ad finem perducto, de ceremoniis agere coepi / 31♂ illis recensitis, de regimine ecclesiae egi. / Augusti / die 2♃ de Schismatibus et conciliis disserui. / die 3♀de persecutionibus ex rebus iudaeorum ex gentilium dictum fuit. / die 6☽ memorabilia seculi primi enarravi, et in seculo secundo statum ecolesiae indicavi. / die 7♂ doctrinam huius seculi exposui, ex doctores ecclesiae recensere coepi. / die 9♃ recensionem graecorum doctorum absolvi. / die 10♀ his addidi latinos, et de haeresibus caput incepi. / Sequebantur nundinae Brunsvicenes, redii ad lectiones. / die 23♃ de Valentino, Cerdone, Marcione et aliis dixi. / die 24♀ caput de haereticis absolvi. / die 27☽ de ceremoniis circa baptismum ex eucharistiam egi. / die 28♂ reliquos ritus enarravi. / [v] / Augusti / die 30♃ de regimine ex disciplina dixi. / die 31♀ de Schismatibus ex conciliis actum fuit. / Septembri / } / diebus 3☽ et 4♂ erat mercatus oppidanus. / die 6♃ ad consistorium, in quo visitatio indicata, vocatus, legere hac hora non potui. / die 7♀ de persecutionibus agere coepi. / die 10☽ prius caput absolvi, et de rebus iudaeorum disserui. / |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | die 11♂ recensitis memorabilibus in seculo tertio, de statu et propagatione ecclesiae eiusque doctrina egi. / die 13♃ ad deliberationem publicam vocatus, non legi. / die 14♀ doctores ecclesiae recensere coepi. / die 17☽ hanc recensionem absolvi. / die 18♂ caput de haeresibus proposui. / die 19♃ concionem poenitentialem in templo academico habui. / die 20♃ de ceremoniis actum fuit. / die 21♀ disciplinam ecclesiae delineavi / die 24☽ Ostenso rigore horum temporum de Schismatibus dixi. / die 25♂ de conciliis et persecutoribus egi / die 27♃ res extra ecclesiam et memorabilia recensui et seculo III. finem imposui / Sequebantur feriae Michaelitanae. / [mit gleicher Feder wie Überschriftsteil ] Dissertationem publicam de psalmo CIX habui / Iohannes Andreas Schmidt Doctor Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2537; 37 Alt 211 H.3, 80; 8 |
| Zeitraum | 09.10.1708–24.12.1708 |
| Text | [von anderer Feder als der übrige Teil ] Lectiones publicae in compendium historiae ecclesiaticae Novi Testamenti / MDCCVIII/ Octobris / die 9♂ ad lectiones publicas redii et in seculo quarto statum ecclesiae sub Constantino Magno et doctrinam catholicam proposui. / die 11♃ de doctoribus ecclesiae graecis dicere coepi. / die 12♀ hunc discursum continuavi. / die 15☽ erat festum natalis academiae. / die 16♂ recensionem doctorum graecorum absolvi. / die die 18♃ Doctores latinos recensere coepi. / die 19♀ eosdem hac hora absolvi. / die 22☽ de haeresibus huius seculi, praecipue Ariana, actum fuit. / die 23♂ ceremonias et ritus varios recensere coepi. / die 25♃ priorem discursum absolvi. / die 26♀ de regimine ecclesiae et disciplina egi. / die 29☽ Schismatum recensionem institui. / die 30♂ Concilia recensui orthodoxa et heterodoxa. / Novembris / die 1♃ persecutiones et res aliorum extra ecclesiam recensui. / die 2♀ memorabilia illustravi ex seculo IV finem imposui. / die 5☽ In seculo V ecclesiae statum, propagationem et doctrinam catholicam consideravimus. / die 6♂ de doctoribus graecis actum fuit. / die 8♃ latinos enumeravi. / die 9♀ caput de haeresibus explicare coepi. / } die 12☽ [et] 13♂ erat mercatus oppidanus. / die 15♃ capite priori absoluto, caput de ceremoniis inchoavi. / die 16♀ et hoc ad finem perducto de regimine ecclesiae egi. / die 19☽ de disciplina ecclesiastica et Schismatibus egi. / die 20♂ de conciliis, persecutionibus, ex rebus extra ecclesiam actum fuit. / die 22♃ finem imposui seculo V ex sextum inchoavi explicatione capitum de statu ecclesiae et doctrina. / die 23♀ de Scriptoribus graecis dixi. / die 26☽ Scriptores latinos recensui. / die 27♂ de primo ordine Benedictinorum et haeresibus disserui. / die 29♃ de ceremoniis atque regimine ecclesiae discursum institui. / die 30♀ de Schismatibus, conciliis, persecutionibus et aliis egi./ Decembris / die 3☽ absoluto seculo sexto septimum inchoavi et ecclesiae statum cum eius doctrina proposui. / die 4♂ doctores et haereses recensui. / die 6♃ ceremonias huius seculi illustravi. / [v] / die 7♀ de regimine, Schismatibus, et concilio Constantinopolitano VI. dictum fuit. / die 10☽ post concilium quini sextum de persecutionibus et rebus extra ecclesiam discursum institui. / die 11♂ memorabilibus huius seculi absolutis in seculo VIII statum et propagationem ecclesiae considerare coepi. / die 13♃ postquam de Caroli Magni propagatione religionis dixi de doctrina ex praecipue controversia circa cultum in aginum egi. / die 14♀ recensitis scriptoribus graecis, latinorum quosdam enumeravi. / die 17☽ capite priori |

absoluto de haereticis dixi. / die 18♂ de ceremoniis actum fuit. / die 19♀ concionem poenitentialem in templo academico habui. / die 20♃ de regimine ecclesiae, disciplina et Schismatibus disserui. / die 21♀ erat oratio solennis de huius anni victoriis. / die 24☽ absolvi seculum octavum. / [von gleicher Feder wie Überschriftenteil] Disputationem publicam institui contra Helmontium de statu corruptionis. / Iohannes Andreas Schmidt Doctor Professor Publicus

Quelle 37 Alt 2537; 37 Alt 212 H.1, 81; 29

Zeitraum 07.01.1709–21.03.1709

Text Lectiones publicae in historiam ecclesiasticam Novi Testamenti fuerunt continuate / MDCCIX / Ianuario / Die 7 ☽ In seculo IX ecclesiae statum propagationem et doctrinam cum controversiis delineavi. / Die 8 ♂ Ecclesiae doctores graecos et latinos recensere coepi. / Die 10 ♃ Priorem discursum illustravi. / Die 11 ♀ De doctoribus, Scholis et ordinibus capite absoluto, de heresibus egi. / Die 14 ☽ De ceremoniis et moribus actum fuit. / Die 15 ♂ De disciplina et regimine ecclesiae, nec non de Schismatibus, praecipue Photiano dixi. / Die 17 ♃ Concilia Constantionopolitana et occidentalia cum persecutionibus Saracenorum et Nordmannorum recensui. / Die 18 ♀ Seculum hoc absolvi. / Die 21 ☽ In seculo X statum ecclesiae eiusque doctrinam proposui. / Die 22 ♂ Doctores graecos et latinos exhibui. / Die 24 ♃ Erat mutatio Vice-Rectoratus. / Die 25 ♀ Instituebatur in facultate nostra examen cum candidato Heineccio. / Die 28 ☽ In hac hora candidatus primam habuit lectionem cursoriam. / } Die 29 ♂ [et] Die 31 ♃ Occupatus in scribenda oratione in actu doctorali recitanda. / Februari / Die 1 ♀ Disputatio inauguralis candidati me praesido fuit habita. / Sequebantur nundinae Brunsvicenses in quarum initio / Die 5 ♂ Solennis theologiae Doctorum duorum me Decano facta fuit renuntiatio. / Dein redii ad lectiones publicas. / Die 14 ♃ De haeresibus et ceremoniis egi. / Die 15 ♀ De regimine eclcelsiae, Schismatibus, conciliis et persecutionibus dixi. / Die 18 ☽ Absoluto hoc seculo inchoavi seculum XI et in eo statum propagationemque ecclesiae proposui. / Die 19 ♂ Ecclesiae doctrinam, controversias et quosdam doctores graecos et latinos recensui. / Die 20 ♀ Concionem poenitentialem in templo academico habui. / Die 21 ♃ Absolvi hoc caput cum recensione novorum ordinum monachalium. / Die 22 ♀ De haeresibus et ceremoniis actum fuit. / Die 25 ☽ De regimine ecclesiae et Schismatibus discursum institui. / Die 26 ♂ Seculum XI absolvi. / Die 28 ♃ In seculo XII statum ecclesiae, doctrinam et controversias proposui. / [v] / Martio / Die 1 ♀ Doctores graecos et latinos recensere coepi. / Die 4 ☽ Hoc caput absolvi et de haeresibus huius seculi dixi. / Die 5 ♂ De ceremoniis et regimine ecclesiae testibusque veritatis Waldensibus discursum institui. / Die 7 ♃ De Schismatibus conciliis, persecutionibus, rebusque aliorum extra ecclesiam dixi. / Die 8 ♀ Absoluto hoc seculo, in seculo sequenti XIII de ecclesiae statu et doctrina actum fuit. / Die 11 ☽ E Scriptoribus graecis et latinis, historias, et dogmatibus plurimos recensui. / Die 12 ♂ Hoc capite ad finem perducto de haeresibus dixi. / Die 14 ♃ Ceremonias et praecipue rosarium B.M. illustravi. / Die 15 ♀ De regimine et Schismatibus disserui. / } Die 18 ☽ [et] Die 19 ♂ Erat mercatus oppidanus. / Die 21 ♃ Absolvi seculum XIII et petentibus auditoribus finem lectionibus imposui. / Sequebantur enim feriae paschales. / Disputatio inauguralis de absolutione excomunicatorum sive Tympanicorum in ecclesia graeca me praeside fuit habita. / Iohann

| | |
|---|---|
| | Andreas Schmidt doctor |
| Quelle | 37 Alt 2538, Fol. 64 |
| Zeitraum | 11.04.1709–28.06.1709 |
| Text | MDCCIX / Lectiones publicae ordinariae in ultima historiae Ecclesiasticae secula Finitis Feriis Paschalibus ad lectiones publicas redii. / Aprili / Die 11 ♃ Erat hac hora Oratio publica de cura Dei singulari circa codicem sacrum. / Die 12 ♀ Seculum XIV exorsus, ecclesiae statum et doctrinam proposui. / Die 15 ☽ De Doctoribus et Scriptoribus graecis et latinis dicere coepi. / Die 16 ♂ Eundem discursum continuavi. / Die 18 ♃ Oratio inauguralis Domini Professoris Rempen lectionem hac hora habere non permisit. / Die 19 ♀ In Capite tertio post fata Templariorum recensita, caput quartum de haeresibus explicavi. / Die 22 ☽ De ceremoniis et Ecclesiae regimine disserui. / Die 23 ♂ Hac hora impeditus legere non potui. / Die 25 ♃ De Schismatibus, conciliis et persecutionibus egi. / Die 26 ♀ Res aliorum extra Ecclesiam et memorabilia huius seculi recensui. / } Die 29 ☽ [et] Die 30 ♂ Iter necessarium impedivit lectiones. / Maii / Die 2 ♃ In seculo XV consideratis ecclesiae statu et doctrina Scriptores graecos enumeravi. / Die 3 ♀ Hac hora Scriptores latinos in medium produxi. / Die 6 ☽ Preces Publicae fundebantur pro averruncandis tempestatibus. / Die 7 ♂ Caput de Scriptoribus, ordinibus et Academiis absolvi. / Die 9 ♃ Fuit Festum ascensionis Christi. / Die 10 ♀ De Haeresibus, ceremoniis et regimine ecclesiastico dixi. / Die 13 ☽ Priori discursu absoluto, Schismata recensui. / Die 14 ♂ Concilia, praecipue Constantiense et Basileense illustravi. / Die 15 ☿ Concionem poenitentialem in templo Academico habui. / Die 16 ♃ Reliqua Capita huius seculi absolvi. / Die 17 ♀ In seculo XVI de ecclesiae statu et propagatione in Iudias dixi. / [v] / Maii / Sequebantur feriae Pentecostales quibus finitis. / Die 27 ☽ Ad lectiones redii et de doctrina atque occasionibus reformationis dixi. / Die 28 ♂ De altera Controversia circa potestatem P. R. actum fuit, quam Lutherus tractavit. Adieci etiam eius acta cum Caietano et Miltizio. / Die 30 ♃ De actis cum Luthero in comitiis Womatiensibus et in arci Wartenburgensi egi. / Die 31 ♀ Motus rusticorum et Carolstadii, nec non propagationem Evangelii recensui. / Iunii / Die 3 ☽ Obstacula propagationis Evangelii, controversiam Sacramentariam et conventus duos Spirenses proposui. / Die 4 ♂ Exhibitionem Augustanae Confessionis, Scriptionem apologiae eiusdem et foedus Smalcaldicum retuli. / Die 6 ♃ Laetum Evangelii progressum in diversis provinciis, conscriptionem articulorum Smalcaldicorum et librum in conventu Ratisbonensi exhibitum vidimus. / Die 7 ♀ Post Caesaris et Pontificis molimina, Lutheri mortem et Caesaris bellum contra Electorem retuli. / Dies 10 ☽ Consequentia huius belli et libri intermistici turbas vidimus. / Die 11 ♂ De Transactione Pasaviensi, variatione et C. et conventu Numburgensi dictum fuit. / Die 13 De motibus intestinis per Crypto Calvinistas et conscriptione formulae concordiae aliisque litibus actum. / Die 14 ♀ Controversias quasdam sacramentariam, anabaptisticam et alias illustrare coepi. / Die 17 ☽ Priorem discursum absolvi et de scriptoribus nobilibus et historicis dicere coepi. / } Die 18 ♂ [et] Die 20 ♃ De Theologis nostris dixi. / Die 21 ♀ De reformatis Theologis et Pontificiis interpretibus actum fuit. / Die 24 ☽ Erat Festum Ioannis Baptistae. / Die 25 ♂ Pontificios recensui Scholasticos, concionatores et moralistas. / Die 27 ♃ Erat Dispuatio inauguralis iuridica. / Die 28 ♀ de Pontificibus et novis ordinibus |

| | |
|---|---|
| | ecclesiae romanae egi. / Iohann Andreas Schmidt doctor |
| Quelle | 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 65; Fol. 94 |
| | |
| Zeitraum | 01.07.1709–18.09.1709 |
| Text | Lectiones publicae fuerunt continuatae in duo ultima secula historiae ecclesiasticae. / MDCCIX / Iulii / Die 1 ☽ Recensitis academiis seculo XVI erectis, der haereticis, praecipue socinianis egi. / Die 2 ♂ Erat festum visitationis. / Die 4 ♃ De ceremoniis in diversis ecclesiis disserui. / Die 5 ♀ De diverso ecclesiarum regimine et disciplina nec non Schismate magno actum fuit. / } Die 8 ☽ [et] Die 9 ♂ Erat mercatus oppidanus et auctio librorum publica. / } Die 11 ♃ [et] Die 12 ♀ Auctio publica lectiones hac hora impediebat. / Die 15 ☽ Postquam de Schismatibus reliquis dictum fuit, de concilio Pisano et Lateranensi egi. / Die 16 ♂ Historiam colloquiorum coepi. / Die 18 ♃ Erat mutatio vice-rectoratus. / Die 19 ♀ Historiam colloquiorum continuavi. / Die 22 ☽ Et hac hora discursus de collegiis fuit. / Die 23 ♂ Erat disputatio inauguralis iuridica. / } Die 25 ♃ [et] Die 26 ♀ Prior discursus fuit continuatus et absolutus. / Die 29 ☽ De persecutionibus et rebus iudaeorum huius seculi dixi. / Die 30 ♂ Seculum XVI ad finem perduxi et in XVII seculo de ecclesiae statu dicere coepi. / Augustus / } Die 1 ♃ [et] Die 2 ♀ De causis malorum [?] remotioribus et proximioribus dixi, de Dona Werdae scilicet proscriptione successione iuliacensi, motibus Bohemicis etc. / Die 5 ☽ Post explicationem capitis de doctrina, controversias in ecclesia pontificia recensui. / Die 6 ♂ De controversiis in ecclesia reformata dicere coepi. / Die 8 ♃ Easdem absolvi. / Die 9 ♀ Controversias in nostra ecclesia agitatas exorsus sum. / [v] / Sequebantur nundinae Brunsvicenses. / Augustus / redii ad lectiones. / Die 22 ♃ Recensitis variis controversiis, quae restabant, de scriptoribus huius seculi illustribus et historicis egi. / Die 23 ♀ Illis ad finem perductis, theologos nostros recensere coepi. / Die 26 ☽ Priorem discursum continuavi. / Die 27 ♂ Reformatos et pontificios Theologos recensui. / Die 29 ♃ De Academiis et Societatibus literariis disserui. / Septembris / } Die 2 ☽ [et] Die 3 ♂ Erat mercatus oppidanus. / Die 5 ♃ De regimine ecclesiarum romanae, nostrae et reformatae diversis, ut et de Schismatibus ecclesianum variis egi. / Die 6 ♀ Caput de collegiis illustrare coepi. / Die 9 ☽ Discursum hunc continuavi. / Die 10 ♂ Eundem absolvi et simul de persecutionibus dixi. / } Die 12 ♃ [et] Die 13 ♀ De rebus iudaeorum gentilium et aliorum disserui et tandem memorabilia huius seculi consideravi, simulque huic collegio publico finem B.C.D.imposui. / Die 18 ☿ Concionem poenitentialem in templo Academico habui. / Sequebantur feriae Michaelitanae. / Dissertationes publicas duas hoc semestri habui, quarum altera de veritate satisfactionis Christi contra Socinianos altera de historia seculi tertii, fabulis aliorum maculata. / Iohann Andreas Schmidt doctor professor publicus |
| Quelle | 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 66; Fol. 47 |
| | |
| Zeitraum | 08.10.1709–29.12.1709 |
| Text | MDCCIX / Finitis feriis Michaelitanis / Octobris / Die 8 ♂ Erat in hac hora oratio solennis de expugnatione Tornaci. / Die 10 ♃ Redii ad lectiones publicas et prolegomena historiae Ecclesiasticae Veteris Testamenti explicare coepi. / Die 11 ♀ Eadem absolvi. / Die 14 ☽ In prima epocha de ecclesiae fundatione productione Adami et Evae nec non de paradiso et duabus arboribus dixi. / |

| | |
|---|---|
| | Die 15 ♂ Erat festum academicum. / Die 17 ♃ Absoluto discursu de fundatione et propagatione ecclesiae doctrinam catholicam proposui. / Die 18 ♀ Doctores ecclesiae recensere coepi. / Die 21 ☽ Priorem laborem continuavi. / Die 22 ♂ Propter negotia academica in consistorium vocatus hac hora legere non potui. / Die 24 ♃ Recensionem doctorum absolvi et de corruptione doctrinae dixi. / Die 25 ♀ De ceremoniis actum fuit. / Die 28 ☽ De regimine, disciplina, schismatibus egi. / Die 29 ♂ De memorabilibus huius epochae, alphabeto coelesti longaevitate patrum disserui. / Die 31 ♃ De arcae Noae constructione et de diluvii universalitate eiusque causis dixi. / Novembris / Die 1 ♀ In epocha secunda statum ecclesiae et doctrinam consideravi. / } Die 4 ☽ [et] Die 5 ♂ Iter necessarium has lectiones impedivit. / Die 7 ♃ Doctores ecclesiae enumerare coepi. / [v] / Novembris / Die 8 ♀ Priorem discursum absolvi. / Die 11 ☽ De doctrinae corruptione et ceremoniis egi. / Die 12 ♂ De regimine, disciplina, schismate, persecutionibus disserui. / Die 14 ♃ De rebus aliorum et quibusdam memorabilibus actum fuit. / Die 15 ♀ Erat disputatio inauguralis theologica de gladio deponendo in reverentiam sacramentarum. / Die 18 ☽ Priori epocha ad finem perducta, in tertia ecclesiae statum et doctrinam proposui. / Die 19 ♂ De Abrahamo, Isaaco et Iacobo dixi. / Die 21 ♃ De filiis Iacobi, Iosepho praecipue et Melchisedeco disserui. / Die 22 ♀ Discursum institui de Iobi historia. / Die 25 ☽ Ea absoluta, de doctrinae corruptione et ceremoniis dicere coepi. / Die 26 ♂ Caput de ceremoniis et moribus absolvi. / Die 28 ♃ De regimine, schismatibus, persecutionibus et rebus extra ecclesiam sermonem habui. / Die 29 ♀ Epocha tertia ad finem perducta in quarta faciem ecclesiae delineavi. / Decembris / Die 2 ☽ Plagas Ægyptiis inflictas et ecclesiae propagationem consideravi. / Die 3 ♂ In doctrinae consideratione de oraculo Urim et Thumim discursum habui. / Die 5 ♃ De Mose hac hora disserui. / Die 6 ♀ De Aarone et reliquis viris dixi et postea de doctrinae corruptione egi. / [68r] / Decembris / Die 9 ☽ Capite priori ad finem perducto de ceremoniis ostendi quod è gentilium ritibus non sint desumtae. / Die 10 ♂ Tabernaculi partes explicare coepi. / Die 12 ♃ Continuavi discursum de contentis in sancto et sancto sanctorum. / Die 13 ♀ De vestitu summi sacerdotis dicere coepi. / Die 16 ☽ De inauguratione reliqua, unitione et sacrificiis actum fuit. / Die 17 ♂ De actionibus sacris et sacramento novo agno Paschali dixi. / Die 19 ♃ Hac hora erat oratio publica, de cognatione artium, quae ad humanitatem spectant. / Die 29 ♀ Ab auditoribus rogatus, ut disputationibus publicis interesse possint lectionibus finem imposui. / Sequebantur feriae Natalitiae. / Iohannes Andreas Schmidt doctor professor publicus |
| Quelle | 37 Alt 2538, Fol. 67 ff. |
| Zeitraum | 07.01.1710–10.04.1710 |
| Text | Finitis Feriis Natalitiis redii ad lectiones in compendium Historiae Ecclesiasticae Veteris Testamentis / MDCCX / Ianuarius die 7 ♂ et discursum de ceremoniis continuavi. / die 9♃ eo absoluto de regimine Ecclesia dicere coepi./ die 10♀ de sacerdotum ministeriis et legibus forensibus dixi. / die 13☽ legum forensium explicationem absolvi. / die 14♂ de disciplina ecclesiastica Schismatibus et conventibus actum fuit. / die 16♃ post res aliorum extra ecclesiam memorabilia huius epochae considerare coepi. / die 17♀ discursum priorem continuavi. / die 20☽ discursum absolvi et in epocha quinta statum |

| | |
|---|---|
| | ecclesiae delineavi. / die 21♂ exposita doctrina de doctoribus Ecclesiae et praecipue de Iosua dixi. / die 23♃ erat mutatio vice rectoratus. / } diebus 24♀ [et] 27☽ erat auctio publica librorum hac hora. / die 28♂ de doctoribus et ductoribus sive iudicibus disserui. / die 30♃ de corruptoribus doctrinae et in capite de ceremoniis actum fuit de voto Iephthae. / die 31♀ absoluto capite de ceremoniis, de regimine ecclesiae Schismatibus et conventibus discursum institui./ Februarius / Sequebantur nundinae Brunsvicenses. / die 13♃ propter funus veteris amici in vicinia legere non potui. / die 14♀ de persecutionibus et rebus aliorum extra ecclesiam dixi. / 17☽ memorabilia huius epochae recensui et epocham sextam inchoavi. / 18♂ iter Guelferbytanum impediebat hanc lectionem. / die 20♃ erat actus magisterialis quatuor candidatorum. / die 21♀ de doctrina dixi nec non de Samuele et Saule. / die 24☽de Ionathane et Davide disserui. / die 25♂ Salomonis vitam illustravi. / die 27♃ recensitis reliquis viris illustribus et explicata corruptione doctrinae caput de ceremoniis inchoavi. / die 28♀ de templi structura et partibus dicere coepi. / Martius / die 3☽ hunc discursum absolvi. / die 4♂ de regimine et disciplina nec non de Schismate actum fuit. / die 6♃ de conventibus, persecutionibus, rebus extra ecclesiam et memorabilibus huius epochae discursum habui. / die 7♀ septimam epocham explicavi et ecclesiae statum cum doctrina explicavi. / Martius / die 10☽ caput de doctoribus et viris illustribus coepi illustrare. / die 11♂ extra ordinem in consistorium publicum vocatus legere non potui. / die 12☿ concionem poenitentialem in templo accademico habui. / die 13♃ priorem discursum continuavi. / die 14♀ eundem hac hora absolvi et discursum institui de doctrinae corruptione et ceremoniis. / die 17☽ de regimine disciplina et Schismatibus dixi. / die 18♂ conventus, persecutiones et res aliorum illustravi. / die 20♃ absoluta hac epocha, octavam incepi et ecclesiae statum et doctrinam consideravi. / die 21♀ doctores Ecclesiae recensui. / die 24☽ de doctrinae corruptione, ceremoniis et regimine Ecclesiastico actum fuit. / die 25♂ erat festum annunciations Beatae Mariae Virginis / die 27♃ reliqua capita huius epochae absolvi. / die 28♀ in epocha nona capita de ecclesiae statu et doctrina explicavi. / die 31☽ de doctoribus, viris illustribus et doctrinae corruptione disserui. / Aprilis / die 1♂ de regimine et disciplina dixi. / die 3♃ de Schismatibus, conventibus et persecutionibus discursum institui. / die 24♀ absolvi hanc epocham et in decima statum Ecclesiae proposui. / die 7☽ doctrinam, doctores, viros illustres et doctrinae corruptionem recensui. / die 8♂ ceremonias regimen et schismata explicavi. / die 10♃ reliqua capita absolvi et collegio huic publico finem Beati Celebrissimi Domini [?] imposui. / Sequebantur hebdomas magna et feriae paschales. / [mit anderer Hand:] Disputationes publicas habui duas, quarum altera egit de iuvene perverso et a Ioanne converso, altera de oratione dominica historice et dogmatice considerata. / Ioannes Andreas Schmidt doctor Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 70; 135 |
| Zeitraum | 01.05.1710–26.06.1710 |
| Text | [von anderer Hand:] MDCCX Lectiones publicae in compendium historiae ecclesiasticae Novi Testamenti / Finitis Feriis Paschatibus, / Maii / die 1♃ Compendium Historiae Ecclesiasticae Novi Testamenti illustrare coepi et in Prolegomenis de natura Historiae Ecclesiasticae divisione et ordine tractandi egi. / die 2♀ de necessitate et utilitate huius studii disserui. / die 5☽ de |

| | |
|---|---|
| | fontibus sive scriptoribus, Historiis Ecclesiasticis veteribus et recentioribus egi. / die 6♂ in seculo primo statum ecclesiae iudaicae pariter et religionis ethnicae video / die 8♃ de Christianae Ecclesiae preparatione per Iohannem dixi. / die 9♀ de ecclesiae fundatore, Christo eiusque aetatibus actum fuit. / die 12☽ de die et hora passionis Christi ut et de apostolis eius dictum fuit. / die 13♂ de symbolo apostolico et doctrina huius seculi discursum institui. / die 15♃ apostolorum vitam scripta et fata recensere coepi. / die 16♀ priorem discursum absolvi. / die 19☽ de haereticis huius seculi egi. / die 20♂ / ceremonias et instituta illustravi. / die 22♃ de regimine Ecclesiae Christocratico ex instituto actum fuit. / die 23♀ de Schismatibus aliquibus dixi. / die 26☽ erant preces pro averruncandis tempestantibus. / die 27♂ de persecutionibus et rebus extra Ecclesiam disserui. / die 29 ♃ erat festum ascensionis Christi. / die 30♀ ad finem perducto seculo primo de Ecclesiae statu et doctrina seculi secundi actum fuit. / Iunii / die 2☽ caput de doctrina absolvi et sequens de doctoribus Ecclesiae inchoavi. / die 3♂ recensionem doctorum absolvi. / die 4☿ concionem poenitentialem in templo Academico habui. / die 5♃ caput de haereticis secundi seculi illustrare coepi. / die 6♀ idem hac hora absolvi. / Sequebantur Feriae Pentecostales quibus finitis ad lectiones redii. / die 17♂ de ceremoniis agere incepi. / die 19♃ priorem discursum absolvi et simul de regimine Ecclesiae actum fuit. / die 20♀ de disciplina disserui et Schismatibus duobus. / die 23☽ de conciliis egi. / die 24♂ erat festum Iohannis. / diebus 26 et sequentibus <et> necessarium iter suscepi. / Ioannes Andreas Schmidt |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 211 H.2, 71; 111 |
| Zeitraum | 03.07.1710–25.09.1710 |
| Text | [von anderer Hand:] MDCCX / Lectiones publicae in compendium historiae ecclesiasticae Novi Testamenti cuius explicationem post pascha inchoaveram. / Iulius / die 3♃ de persecutoribus seculi secundi sub Traiano et Hadriano discursum institui. / die 4♀ seculum hoc ad finem perduxi. / die 7☽ in seculo tertio de ecclesiae statu et doctrina egi. / die 8♂ scriptores graecos et latinos recensui. / die 10♃ de haereticis disserui et caput de ceremoniis inchoavi / [8. und 10. zusammengenommen:] non obstanto mercato oppidano. / die 11 ♀ caput de ceremoniis absolvi et illud de regimine consideravi. / die 14☽ de disciplina et schismatibus actum fuit. / die 15♂ de conciliis et persecutionibus disserui. / die 17♃ absolvi seculum tertium et in quarto de ecclesiae statu et propagatione dixi. / die 18♀ priori discursu absoluto doctores ecclesiae recensere coepi. / die 21☽ recensionem doctorum ecclesiae graecae continuavi. / die 22♂ erat mutatio Vice-Rectoratus. / die 24♃ priorem discursum absolvi. / die 25♀ de scriptoribus latinis hac hora agere coepi. / die 28☽ in Consistorium publicum vocatus legere hac hora non potui. / die 29♂ discursu priori absoluto de haeresibus Ariana et Photiniana dixi. / die 31♃ heaereses absolvi et de ceremoniis dicere coepi. / Augustus / die 1♀ propter iter quod in negotiis convictorii suscipere necessum habui. hac hora legere non potui. / die 4☽ caput de ceremoniis et moribus absolvi. / die 5 ♂ de regimine ecclesiae actum fuit. / die 7♃ de Schismatibus huius seculi et concilio Nicaeno egi. / die 8♀ de Constantinopolitano et aliis conciliis discursus fuit continuatus et persecutiones praeterea fuere recensitae. / Sequebantur nundinae Brunsvicenses quibus finitis. / die 21♃ res extra ecclesiam et |

memorabilia huius seculi consideravi. / die 22♀ in seculo Vto statum ecclesiae doctrinam et quosdam doctores proposui. / die 25☽ caput de doctoribus absolvi. / die 26♂ de haeresibus Pelagiana et Nestoriana dixi. / die 28 caput de haeresibus absolvi et de ceremoniis dicere coepi. / [v] / die 29♀ capite de ceremoniis absoluto, alterum de regimine et disciplina subieci. / Septembri / die 1☽ de Schismatibus, conciliis et persecutionibus actum fuit. / die 2♂ ad consistorium publicum vocatus legere non potui et praeterea erat mercatus oppidanus. / die 4♃ absolvi seculum quintum et in sexto proposui ecclesiae statum. / die 5♀ examen candidati theologiae impediebat lectionem publicam . / } diebus 8☽ [et] 9♂ de doctrina et doctoribus graecis et latinis disserui nec non de ordine Sancti Benedicti. / die 11♃ de haeresibus et ceremoniis dictum fuit. / die 12♀ de regimine, schismatibus et conciliis discursum habui. / } diebus 15☽,16♂ [et] 18 ♃ his diebus tres fuerunt inaugurales disputationes, duae iuridicae et una medica. / die 19♀ priori seculo ad finem perducto in septimo statum ecclesiae inferlicem et doctinam catholicam consideravi. / die 21☽ de scriptoribus graecis latinisque et haeresibus actum fuit. / die 22♂ ad Consistorium publicum vocatus hac hora non legi. / die 24♃ erat promotio trium doctorum in ordine iuridico. / die 25♀ de ceremoniis et regimine ecclesiae disserui. / Sequebantur feriae Michaelitanae. / [mit gleicher Hand wie Überschrift:] Dissertationem publicam proposui de modo propagandi religionem per carmina. / Concionem poenitentialem habui in templo academico. / Iohannes Andreas Schmidt doctor

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 72; 36 |
| Zeitraum | 07.10.1710–23.12.1710 |
| Text | MDCCX Finitis feriis Michaelitanis in compendio historiae ecclesiasticae explicando perrexi. / October / die 7♂ de Schismatibus, conciliis oecumenicis et persecutoribus Seculis VII actum. / die 9♃ oratio germanica hac hora publice fuit habita. / die 10♀ seculo hoc ad finem perducto in Seculo VIII. caput de ecclesiae statu et propagatione proposui. / die 13☽ iterum hac hora erat oratio publica latina. / die 14♂ propagationem per Carolum Magnum et Bonifacium ulteriusque deduxi. / die 16♃ doctrinam huius seculi et varias controversias explicavi. / die 17♀ scriptores ecclesiasticos dixi. / die 22☽ hac hora erat oratio inauguralis Domini Professoris Ritmeieri. / die 23♃ caput de ceremoniis explicavi. / die 24♀ de regimine disciplinae et Schismatibus actum fuit. / die 27☽ seculum hoc absolvi. / die 28♂ In seculo nono ecclesiae statum infelicem, propagationem, doctrinam et controversias proposui. / die 30♃ erat disputatio inauguralis medica. / die 31♀ doctores graecos et quosdam latinos scriptores recensui. / November / die 3☽ priorem discursum absolvi et eidem adieci caput de haereticis / die 4♂ de ceremoniis disserui. / die 6♃ de regimine ecclesiae et schismate Photiano actum fuit. / die 7♀ de conciliis persecutionibus et rebus extra ecclesiam dixi. / die 10☽ absoluto seculo nono in decimo ecclesiae statum et doctrinam proposui. / die 11♂ erat oratio inauguralis Domini Doctoris Schrammii / 13♃ de doctoribus et scriptoribus illustribus egi. / die 14♀ haereses huius seculi et ceremonias recensui. / die 17☽ de regimine ecclesiae et Schismatibus discursum hac hora habui. / die 18♂ erat mercatus oppidanus. / die 20♃ seculum hoc absolvi. / die 21♀ in seculo XI. ecclesiae statum et doctrinam proposui. / die 24☽ doctores graecos |

HERZOG AUGUST BIBLIOTHEK

| | |
|---|---|
| | et latinos enarravi. / die 25♂ haereses et quasdam ceremonias proponere coepi. / die 27♃ in Consistorium vocatus hac hora non legi. / die 28♀ absoluto priori discursu de regimine ecclesiae discursum habui praecipue autem de Gregorio VII. / [v] / December / die 1☽ de Schismatibus, conciliis et persecutionibus dixi. / die 2♂ absoluto hoc seculo inchoavi duodecimum et in eo proposui ecclesiae statum et propagationem . / die 4♃ doctores graecos recensui. / die 5♀ examen candidati in theologiae Archidiaconi nostri lectiones publicas impedivit. / die 8☽ scriptores dogmaticos et historicos illustrare coepi. / die 9♂ eorum recensionem absolvi et haereses explicandos sumsi / die 11♃ erat electio novi vice-Rectoris / die 12♀ priori discursu ad finem perducto, de ceremoniis disserui. / die 15☽ de disciplina et regimine, schismatibus et conciliis actum fuit. / die 16♂ absolvi seculum XII. / die 18♃ seculum XIII. exorsus ecclesiae statum doctrinam et doctores graecos proposui. / die 19♀ Latinos historicos et Scholasticos recensui. / die 22☽ doctorum recensionem absolvi et subieci illustrationem haeresium. / die 23♂ erat me praeside dissertatio inauguralis theologica Domini Professoris Kochii / [mit anderer Hand] contra Harduinum Deputam. [?] / Sequebantur nataliziae. / Iohann Andreas Schmidt doctor |
| Quelle | 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 73; 83 |

## Zitierhinweis

Prof. Johann Andreas d. Ä. Schmidt. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: https://uni-helmstedt.hab.de/prof-199-schmidt [22.08.2026]